
















SEBASTIANI CORRADI IN M. T. CICERONE QVÆSTVRA.

Kidd

Leopard. Emend. V.i.

PARS PRIOR



VENETIIS.

Franciscus Rassius Noens Chirurgus Paris. 1567.

Accœpta relata.

M.Tullio Ciceroni	clxxviij.
P.Virgilio Maroni	iij.
M.Accio Plauto	xiij.
P.Terentio	i.
Albio Tibullo	iiij.
Q.Horatio Flacco	i.
T.Liuio	i.
Plutarcho Chæronæo	iiij.
C.Plinio Secundo	i.
C.Plinio Secundo Iuniori	i.
Valerio Maximo	i.
Matthæo Apostolo	i.
C.Iulio Solino	ij.
Statio Papinio	ij.
Iunio Iuuenali	i.
Q.Asconio Pædiano	i.
Aulo Gellio	i.
Seruio Mario honorato	iij.

SEBASTIANI CORRADI AD IVLIVM BOIARDVM SCANDIANI PRINCIPEM IN M. TVLLIO CICERONE QVÆSTVRA.



GNATII Præceptoris mei eloquentiam, doctrinamq; superiore anno quum tibi Scandiani prædicarem, tu mihi autor fuisti, ut nihil haberem antiquius, quàm ut primo quoq; tempore, ad illum redirem: ut cuius ueneris caput ille, & summa pectoris, tanquàm Apelles, fortasse perfecisset, reliquã corporis partem inchoatam ne relinqueret. Illud præterea addidisti: turpe mihi esse & discipulo, & studioso, ab eo uiro tot annos abesse; ad quem audiendum non homines modo nostrates, sed Galli etiã, Germaniq;, et Hispani quotannis uenirent: quum præsertim ex literis, quas ad me humanissime scripserat, cognosceres, me illi esse quàm charissimum. Illa uerba, mirum est, quàm in animo insederint meo, usq; adeo, ut statim; quum ut morem tibi gererẽ, quem penè pluris, quàm me ipse facio, tum ut illum uirum, quem secundum Deos immortales colo, uidere, alloqui, & consulere possem; me Venetias contulerim: quò quum peruenissem, illumq; ruri esse, & Pierium Valerianum se=

eum habere intellixissem; ad illos recta in Gelarinum sum profectus. Illi uerò me aduenientem ita familiariter, ita beneuole, ita denique amicè sunt complexi; ut diem illum perpetuò felicem sim uocaturus. Postquàm autem omnia, quæ in huiusmodi congressibus dici solent, fuerunt dicta, in hortos illius uillæ amœnissimos ingressi, in conspectu consedimus: atque ibi, quum de literis multa fuissemus etiam antea collocuti, eum sermonem de locis quibusdam Ciceronis instituimus; quem ego ad te totidem penè uerbis scriptum misi; ut aliquando tandem aliquid fructus ex eo agro perciperes, quem unus omnium maxime colendum curasses. Sciebam equidem longe uberiores ex eo fructus expectari: sed, quum nondum maturi essent, committendum non fuit, ut ita acerbi & mihi, & tibi nocere possent. Quare aliàs & de te mihi, & de Boiarda gente pluribus erit dicendum. nunc illud à te uelim, ut hoc, quicquid est sermonis, eo uultu, quo me, quum ad te uenio, soles accipere, suscipias, uel potius audias.

Egnatius. id ego uidero: sed nūc Corrade quid mihi noui affers Bononia, unde huc te profectū dicebas? Cor. nihil equidē: sed, si uetera cupis audire, ea multa sunt, quæ tibi possum referre. Eg. dubitas, quasi non tu unus omnium optime noris, quid cupiam. Cor. uetus igitur illud est; Bononiensi sanguine nihil esse dulcius: quod ego dictum de Bononiensium humanitate, munificentia, & hospitalitate uti semper credidi, ita superiore anno re sum expertus. Me enim uiri in ea urbe primarij iuuenem ne de facie quidem antea notum & hospitio benigne acceperunt, & omnibus officijs sunt prosecuti. Cæteros mittam: illos, etiam si uelim, præterire nec possum, nec debeo, Vlyssem Gozadinum,

M. Antonium, & fratrem Luperos, Sapionem Blanchinum, Achillem Bochium, & octauium Rubrium, uiros nõ minus sanguine, quàm uirtute nobileis; à quibus nullum genus officij est prætermissum; quod in me illi ultrò non contulerint. M. uerò Antonius Marsilius, & Renatus filius nihil omiserunt, quod mihi usui fore putarint. Egna. tu mihi hæc prædicas? non ne scis me tum Bononiæ fuisse, quum à Francisco Gallorum Rege signo aureo sum Donatus, & hæc præsentem cognouisse? Cor. Quid tibi prædicem? mores, instituta, leges, & id genus reliqua? at Rubertus Salicetus noster, qui ciuis est Bononiensis, quiq; me, ut ipse dicit, ueluti Achates Æneam, huc secutus est, hæc tibi uerius, faciliusq; explicabit, quàm ego, qui paucos menses Bononiæ sum commoratus. Eg. posterius ista seorsum de Ruberto quæram: nunc ex te aueo scire, quæ sint illic hominum studia. Cor. Rubertus id quoq; melius dixerit. Eg. uelim, inquam, tu dicas, quæ literarum studia sint in honore, & precio. Cor omnia: quippe quum studiorum mater etiam uulgo ea Ciuitas dicatur. Egna. potissimum? Cor. iuris ciuilis, & medicinæ. Eg. quòd ex ijs uidelicet plus diuitiarum homines sibi comparent. Sed sibi sua habeant iura, & medicinas. Tu mihi pergratum feceris, spero item Pierio, si dixeris, quemadmodum cum Romulo nostro Amaseo agatur. Pierius mihi uerò pergratum hoc erit. Cor. præclare. omnes enim illum in oculis ferunt: unũq; esse existimãt, qui oratoriæ artis præcepta ꝑfectè nostra ætate teneat quiq; Ciceronis dictionẽ effingat. Eg. gaudeo Hercle uiro, oĩum mihi charissimo tantũ tribui. Sed ecqd proficit Romulus? habet'ne discipulos, q, quæ doceat ipse, discãt, & nõ potius, ut nũc ferè fit, operã et oleũ ꝑdãt?

Cor. habet penè innumeros, eosq́; maiorem partem peregrinos; qui illum non solum quotidie audiunt, sed toto et á, ut aiunt, pectore in id incumbunt, ut imitentur, ad illumq́; quàm proxime accedant. Eg. tale ego studium non possum non summopere laudare. Cor. laudarem ego quoque, nisi una in re illi, meo quidem iudicio, maxime (de peregrinis loquor) peccarent. Eg. ferri potest, si sola est: sed quaenam ea est? nondum enim audiui quippiam, quod reprehendi iure possit. Cor. imitari credunt esse, selecta quaedam uerba sectari, nec ullum recipere, quod non sit à Cicerone saepius, minimum bis usurpatum; quasi latina non sint, quae sunt à caeteris scripta. Eg. Ciceronianos quosdam mihi quasi suis coloribus depingis. Cor. Sic enimuero solent appellari, si modo Ciceroniani sunt appellandi; qui sententias negligunt, dum uerba connectant: quum Cicero ipse ita uerba delegerit, ut semper sententijs primum dederit locum. Eg. Quin autor ipse est, nihil opus esse uerbis, quum ipsa res, cuius causa uerba quaesita sint, intelligatur. Sed tu ain' tandem ab illis sententias negligi? Cor. mihi sane ita uidetur; qui in deligendis uerbis totum tempus terant, nec dent operam, ut uel plane explicent, quod scribūt, uel prorsus intelligant, quod legunt. facilius enim tibi dicent, quoties uno uerbo sit usus Cicero, quàm, quae idem scripsit, exponent. Pier. hoc hominum genus à Politiano derideri solitum Petrus Crinitus mihi Romae referebat. Cor. non sum ego nec Politianus, nec Democritus, ut possim homines ridere; nec uelim quidem, si maxime possim. Si me tamen audiant, id illis ego consilii dederim, ut rerū cognitionem potius, quàm uerba complectantur. Egna. non uidebis, opinor, domum tuam his consultoribus com-

De or. 89. In Aldinis semper. 1. Vo. or. 294.

pleri. Quare, si sapies, tibi ipse eris consultor. Cor. Ego uerò fui his proximis annis, quos patriæ, ut ciuibus meis de me optime meritis gratificarer, totos condonaui. nunc autẽ ad te redeo, ut te unum consulam, tecum loquar, te uideam, tecum sim, à te nunquàm latum, quod aiunt, unguem discedam. Eg. deerant tibi in patria, quos consuleres, quibus cum esses? Cor. non deerant illi sanè quidem multi; sed unus deerat Egnatius, qui mihi est instar omnium, tanquàm alter Plato. Eg. audio equidem in ea urbe esse uiros in omni uirtutis genere præclaros, & nobiles; ut iam mirari satis non possim te, quum domi haberes, quod foris quæris, quamq; tu inter tuos ciues non ultimo loco censereris, inducere potuisse, ut, relicta tali patria, Venetias peteres. Cor. tu causa Egnati, cuius ut doctrina frui possim, non patriam modo talem, Sed parentem etiam optimam, suauissimumq; fratrem, & amicos æque mihi charos, atq; meos ipsius oculos, desero. Eg. rectè ne facias, aliàs uidebimus: nunc, quãdò dixisti te tibi tot annos consultorem fuisse, uelim mihi tam longi temporis, quasi Quæsturæ alicuius rationem reddas; ut possim in codicem referre, quid lucri, quid contrà damni feceris; atq; ex his intelligere, num tu quoq; in Ciceronianos sis referendus. Cor. Latinus ego malo dici, quàm Ciceronianus, ne cum Diuo Hieronymo cædar. Eg. Quid ego ex te audio? qui Ciceroniani sunt, non'ne sunt etiam latini? Cor. sint nec ne, meum non est sententiam ferre. id ego scio studiosos omneis nunc in duas quasi sectas esse diuisos, & alteros quidem latinos, alteros uerò Ciceronianos appellari. Eg. dic igitur latine tandem, quid in tuis autoribus latinis notaris, quod à Ciceronianis istis sit minus intellectum? Cor. ego'ne ut, Egnatio & Pierio

præsentibus, audeam de his rebus uerbum facere? Eg. quo igitur pacto scire ego potero, an summæ quadrent; nisi tu rationem, quam petebam, retuleris? Pier. uerum dicit Corrade. Cor. referam igitur, quandò uideo ita uobis placere. Sed mihi dabitis hanc ueniam; ut partem rationis in aliud tempus differam: non enim tabulas omneis mecum attuli. illa etiam lex iam nunc sit inter nos, ut nummos omnis generis accipiatis. itaque tabulam iubeo dari. Eg. uti rogas, ita tamen, ut liceat postea otiose nobis explorare, an sint probi. Cor. liceat. nam, quum omnes ferè Ciceronis imaginem expressam habeant, spero fore, ut ita uobis ipsa forma placeant, ut illico in arcam congeratis. Egna. incipe igitur numerare. Cor. ab his incipiam, qui non summo iure, sed intra parietes, & amicæ sunt exacti, unde & amicitiæ nomen præferunt, in qua sic Lælius loquitur. Vi-

3. Vo. ph. 103. Locus I. ,, dimus Paulum Æmylium C. Luscinio familiarem fuisse:
,, sic à patribus accæpimus: bis unà consules, et collegas in
,, censura. Tum etiam cum ijs', & inter se coniunctissimos
,, M. Curium, & T. Coruncanum memoriæ traditum est.
,, Quidam sic legunt. Vidimus Paulum Æmylium C. Li
,, cinio familiarem fuisse: sic à patribus accæpimus unà con
,, sules,; unà censores, bis collegas. Nos, ut suum cuique relinquamus iudicium, uideamus, quàm hæc inter se sint contraria. primum, si uidit Lælius, cur se dicat à patribus accæpisse? deinde quomodo cum ijs, 'idest Paulo Æmylio, & C. Licinio Crasso M. Curius, & T. Coruncanus coniunctissimi fuere, inter quorum ætates amplius centum anni interfuerunt? Postremò ubi unquàm lectum est, L. Aemylium Paulum, & C. Licinium Crassum, quemadmodum in consulatu semel, sic in censura collegas fuisse

quum contrà satis cōstet, uel autore Plutarcho in uita, Martium Philippū Paulo Aemylio in cēsura fuisse collegam: nec illud quidē parui momēti est, omneis libros tā ueteres, quàm nouos, bis unà cōsules habere. Quare, si placet, nos
„ ita legamus. Videmus Papū Aemyliū C. Lusanio familia
„ rem fuisse: sic à patribus accepimus bis unà cōsules, et col
„ legas in cēsura. Pier. Papae. E. macte uirtute corrade. C. huiusce meae lectiōis rōnem quoq; redderē, nisi uobiscū loquerer, in quorū praesentia me pudet in nima sectari. Pier. nō est opus hac rōne Corrade, Quis enim nescit, ut censuram omittā, Q. Aemyliū Papū, & C. Fabriciū Lusaniū bis unà consules fuisse & cū ijs, & inter se M. Curiū, & T. Coruncanū cōiunctissimos fuisse? ea uerò est Cicerōis consuetudo, ut modo praenomen, modo nomen, interdū et cognomen tantū scribat. Cor. ita est Pieri, nā in Paradoxo
„ ultimo, eodē quoq; mō Fabriciū his uerbis significauit. Ne 3. Vo. ph.
semper Curios, & Lusanios loquamur. & si Germani li- 125.
brarij male, Licinios, descripserūt: sunt illi tamē uenia digni 2.
quādò ea Ciceronis cōsuetudo nō illis solū, sed doctissimis et qbusq; negotiū exhibet: ut illud in eodē Laelio. Quibus 3. Vo. ph.
„ blanditijs C. Papyrius consul nuper insinuebat in aures cō 113.
„ cionis, quū ferret legē de tribunis Plebis reficiēdis? tā enim 3.
„ oībus ferè dubiū est, quis hic fuerit Papyrius, & quo tpe cōsul. Quā ob rē nobis utrunq; paucis explicandū est. & primū, in uetustissimis libris cōsul nec legitur, nec legi debet, quoniā eo tpe nondū fuerat consul. deinde hic est ille C. Carbo Papyrius, de quo Liuius libro quinquagesimo no-
„ no scribit ad hūc modū. Quū C. Carbo trib. p. rogationē tu
„ lisset, ut eūdē trib. p. quoties qdē uellet, creari liceret, roga-
„ tionē eius P. Africanus grauissima oratiōe dissuasit. Idē est

Fam.139. *qui, accusante L. Crasso, cantharidas sumpsisse dicitur:*
quippe & tribunus plebis seditiosus, & P. Africano uim
Att.308. *attulisse existimatus est. Vnde Pompeius olim dixit, se*
munitiorem ad custodiendã uitam suam fore, quàm Afri=
canus fuisset, quem C. Carbo interemisset. Papyrius aũt
ob id à Cicerone, & ab Appiano Alexandrino dicitur,
quòd esset è papyriorum familia, qui olim Papysii sunt
appellati. Eg. hoc mihi uel maxime probatur. Cor. illud
quoq; in eodem Lælio, spero, probabitur; ubi in omnibus li
.Vo.ph. *bris sic descriptum est. Quis est autem, qui Tarquinium*
101. " *superbum, P. Crassum, Spurium Melium non oderit? Sic*
4. " *describendum esse. Quis est autem, qui Tarquinium su=*
" *perbum, Sp. Cassium, Spurium Melium non oderit? Eg.*
hoc multò etiam magis probatur. Pier. notissima est histo=
ria: & id fortasse tibi etiam libri ueteres suppeditarunt.
Cor. utrunq; uerum: sed et Cicero ipse ferè consueuit Sp.
Cassium cum Sp. Melio coniungere: ut in oratione pro
" *domo sua ad pontifices. Sp. Melij Regnum appetentis do=*
.Vo or. " *mus est complanata. Sp. Cassii domus ob eandem causam*
33. " *est euersa; atq; in eodem loco ædes est posita Telluris. &*
. Vol. or. *Philippica secunda. Sp. Cassius, Sp. Melius, M. Manlius*
82. " *propter suspitionem regni appetendi sunt necati. & item*
" *in eodem Lælio. Num Becillinum amici regnum appe=*
. Vo.ph. " *tentem, num Sp. Melium iuuare debuerunt? quo in loco,*
103. *uix inuenias unum, aut alterum, qui sciat, quis hic fuerit,*
5. *quem Cicero Becillinum uocat: quum tamen ex historia*
constare possit, Sp. Cassium, de quo iandudum loquimur,
Viccellinum dictũ fuisse, uel, ut scribit Dionysius, Vscelli=
num, quem Becillinum à Lælio dici uidemus. Eg. aureus
hic nummus est. Pier. & quidem Chius, aut Rhodius, ut

mihi uidetur. Cor. formatus est hic quidem Regij Lepidi, atq; expressus; quod, ut ego taceam, insigne, & literæ indicant. Pier. Quia proxime ad Venetum accedit, id ego Chium, aut Rhodium esse credidi. Cor. huic igitur Venetum coniungam ex eodem Lælio. Memineram Paulum,
» uideram Caium: sed hi nec comparantur Catoni maxi- 3. Vo.ph.
» mo, & spectato uiro. Pier. Caium, non Gracchum legis. 97.
Cor. recte intelligis. Loquitur Lælius de ijs, qui filiorum 6.
mortes æquo tulerint animo; laudatq; ob eam rem maxime Catonem, & Paulum; quibus cur adiungat ea in re præsertim Gracchum, nullam uideo causam: nam is Gracchus, quem uidere Lælius potuit, duodecim, autore Plutarcho in Gracchis, reliquit filios, ut, etiam si unũ antea amisisset, idq; fortiter tulisset, non ualde esset laudandus; quũ se tot filiorum præterea patrem uideret. deinde hac de re nihil scriptum uidemus. contrà C. Gallum huius fortitudinis quasi exemplum ad imitandum Cicero sæpe proponit. Sed nesciunt interpretes, quis hic fuerit Gallus. Quare nos uideamus, an hanc historiam possimus ex tenebris eruere, ut hunc locum, & alia huiusmodi intelligamus. hic est igitur ille C. Sulpitius Gallus, qui maxime omnium In Bruto.
» nobilium græcis literis studuit, in oratorumq; numero est 171.
» habitus. & fuit reliquis rebus ornatus, & elegans: qui
» prætor fuit Q. Martio Philippo, Cn. Seruilio consulibus: quamuis apud Liuium libro quadragesimo tertio male pro C. Sulpitio M. Sulpitius, & pro Cn. Seruilio Q. Seruilius 7.
legatur. Qui tamen error uel ex eodem libro paulò infrà corrigi potest. Hic etiam tribunus militum secundæ legionis, permissu pauli Æmylij consulis, ad concionem uocatis militibus pronunciauit, nocte proxima ab hora secunda

usque ad quartam horam noctis lunam defuturam. Hinc Ci
cero libro primo de officijs scribit, se audiuisse C. Sulpitium
Vo. ph. in astrologia excelluisse. Hinc Cato apud eundem Cice-
ronem sic loquitur. Videbamus in studio dimetiendi cœli,
Vo. ph. 17. atque terræ mori penè C. Gallum familiarem patris tui
Scipio. Quoties illum lux noctu aliquid describere ingres=
sum, quoties nox oppressit, quum mane cœpisset? quàm de
lectabatur, quum defectiones Solis, & Lunæ multò ante
nobis prædiceret: hinc quoque Plinius libro Secundo capite
duodecimo ita scriptum reliquit. rationem quidem defe-
ctus Solis, & Lunæ primus Romani generis in uulgus
extulit Sulpitius Gallus, qui consul cum M. Marcello fuit.
nec ita multò post iterum. in sententia Pythagoræ fuit
Gallus Sulpitius noster. de eo etiam Quintilianus libro
primo, capite decimo octauo meminit: Sed & idem Læ=
lius ita in fine. hac nos adolescentes beneuolentia senes
Vo. ph. 115. illos L. Paulum, M. Catonem, C. Gallum, P. Nasicam, T.
Gracchum Scipionis nostri Socerum dileximus. Hæc oẽs
concedent: illud aliquis fortasse quæret: num memoriæ tra
ditum sit, C. Sulpitium Gallum filio orbatum fuisse. non
possumus sanè id pro certo affirmare, quoniam Liuiani li=
bri, quibus illorum temporum historia complectebatur, in=
terciderunt. Quod tamen coniectura sumus assecuti, id di
cemus. Cicero ipse libro primo de oratore est autor, Q. Pu=
104. pillum C. Sulpitij Galli fuisse filium, sed ita puerum, ut for
te inde cognomen sit sortitus; illud certe quidem, ut eo tan
quàm instrumento Q. Seruius Galba sit usus ad mouen=
dum populo fletum recordatione patris clarissimi. ex ijs
quasi palàm fit, C. Sulpitio Gallo nullum filium natu gran
diorem uixisse superstitem sed ante patrem decessisse. ac ce

dit eò, quòd Cicero, dum Seruio Sulpitio respondet, ita
„ scribit Q. Maximus, qui filium consularem, clarum uirum, Fam. 5.
„ & maximis rebus gestis amisit; & L. Paulus, qui duos
„ septem diebus; & noster Gallus; & M. Cato, qui sum=
„ mo ingenio, summa uirtute filium perdidit; his temporibus 8.
„ fuerunt, ut eos tum ipsorum dignitas consolaretur, tum
„ ea, quam ex Rep. consequebantur. atque hic à Cicerone
Gallus, ut à Plinio, noster dicitur. Quòd si uester legitur,
ut etiam descriptum est, ad ipsum Seruium Sulpitium, &
gentem Sulpitiam erit referendus. Pier. ut uere fuerint gen
tiles. Cor. postremò in ueteribus libris Caium, non Grac=
chum legimus, ut iam dubitandum non sit, quin C. Gallũ
interpretemur tam hic, quàm paulò post, ubi Lælius Pau= 3. Vo. ph.
los, Catones, Caios, Scipiones, & Philos enumerat. Pier. 99.
nunc ego te corrade senex iuuenem hortarer, ut pergeres,
in historiaq; cognoscenda uersareris; nisi te ad hoc studiũ
planè inflammatum uiderem. Cor. excitauit, atq; adeo in=
flãmauit Egnatius; quẽ quũ ad hunc duodecim annos penè
puer primum audiui de superiore loco ita legentem, docen=
temq;, ut omnem omnium rerũ memoriam complexus uide
retur, mirum est, quanto iam tum desiderio nõ illũ imitãdi,
aut exprimendi, quod fieri non potest, sed adũbrãdi ardere
cœperim. Eg. te præceptorẽ imitari facile equidẽ patior;
sed me tãtopere à te laudari, id uero permolestè fero. Cor.
hæc igitur (quãdo silere iubes) siue imitatio, siue adũbratio
mihi hactenus profuit, ut paulò melius historias teneã; ex
quibus nunc illud consecutus uideor, ut credam, atq; penè
mordicus teneam; uerba, quæ sunt in oratione, quam Ci=
cero in Senatu habuit post reditum, historia esse illustrãda.
Pier. illa profer. Cor. L. uero iam equitẽ Romanũ præstãti 2. Vo. ph.
206.

dignitate hominem, & saluti meæ pro familiaritate, Rei-pu. pro fortunis suis amicissimum consul imperiosus exire urbe iussit. Pier. Quid hic ex historia dicis? Cor. L. uero Lamiam, qui & Ælius dicebatur, legi deberet. Pier. hoc ne Politiani quidem Lamia uidisset; adeo dimidiatum, uel potius exesum est uerbũ. Sed unde tu, quod deest, huc trans=
Fam. 175. fers? Cor. ex epistolis ad Decimum Brutum scriptis; in quibus ita legitur. *L. Lamia Clodianis temporibus, quum equestris ordinis princeps esset, pro mea'q; salute acerrime propugnaret, à Gabinio Consule relegatus est; quod ante id tempus ciui Romano Romæ contigit nemini.* is
3. Vo. or. 84. quoque intelligitur in illis in L. Pisonem uerbis. *Quum*
10. *equites Romani relegarentur:* quæ sic exponit Pedianus
Asc. 78. *T. Clamiam à Gabinio Consule edicto relegatum esse*
11. *diximus.* ubi legerem Luc. Lamiam, non T. Clamiam. in
3. Vo. or. 93. eadem quoque oratione infrà sic de eadẽ re loquitur. *Vide re te equites Romani non possunt; quo ex ordine uir præ*
12. *stantissimus L. Ælius est te consule relegatus.* & in ora=
3. Vo. or. 9. tione pro P. Sestio, *illum iam, qui quum me ipsum pro sum*
13. *ma familiaritate, quæ cum fratre mihi, uel cum patre erat, unice diligebat; tum pro Rep. uel mortem oppetere cupiebat, in concione lege relegauit, edixit'q;, ut ab urbe abesset M. passus.* Quæ deinceps sequuntur id etiam magis indicant. Pier. reliquum est iam, ut probes hunc L. Lamiam, Ælium quoque appellatum fuisse. Cor. id erat familiæ Lamiarum proprium, & Germanum nomen. hinc Horatius libro carminum tertio Ælium Lamiam celebrat: & Suetonius autor est, Ælium Lamiam à Domitiano interfectum fuisse. Pier. hoc mihi satis est. Cor. hic Ælius illa uerba, quæ sunt in Catone, in memoriã redegit, Nihil Sextus Æmy-

" lius tale dicebat,nihil multis annis ante T. Coruncanus, 3. Vo.ph.
" nihil modo P. Crassus; à quibus iura ciuibus præscribe= 82.2.
" bantur; quorum usque ad extremum spiritum prouecta est
" prudentia. Pier. Quid hic tibi Ælius suggessit? Cor. Paulò 14.
post cognosces. nunc de T. Coruncano, nemo dubitat,
quin is intelligatur, qui fuit Consul cum P. Valerio Leuī=
no anno ab Vr. con. cccclxxiij; quem etiam pontificem, &
ob id iurisperitum fuisse, testis est ipse Cicero in oratione
pro domo sua ad Pontifices, & libro tertio de natura Deo 2. Vo. cr.
rum, & in libro, qui de claris oratoribus, siue Brutus in= 241.
scribitur. De P. Crasso dubitari potest; propterea quòd 2. Vo. ph.
tres P. Crassi in eo genere, licet diuersis temporibus, cla= 60.
rissimi fuisse leguntur: de quibus, ut dubitatio tollatur, pau In Bruto.
ca sunt repetenda. hunc igitur, de quo loquitur Cato, eum 169.
P. Licinium Crassum esse existimo, qui anno ab Vr. con.
Dlxxxiii. & anno xxi. ante ipsius Catonis mortem cum
C. Cassio Longino Consul fuit. Quàm autem peritus iu= 3. Vo. ph.
ris & Pontificij, & ciuilis hic Crassus fuerit non ita mul= 87.
tò post in eodem Catone cognoscitur. Alter uero, de quo
Gellius libro primo capite xiii tam multa scribit, qui esset
P. Mutii filius, unde Mutianus est etiam dictus, cumque In Bruto.
P. Scæuolam fratrem haberet, ac diues cognomine dicere 173.
tur, anno ab Vr. con. Dcxxiii cum L. Valerio Flacco De or. 98.
Consul fuit, uir (si uera sunt, quæ de illo scribuntur) feli= &.103.
cissimus. Tertium cum Cn. Cornelio Lentulo Clodiano an
no ab Vr. condita Dclvii Consulem fuisse legimus. hūc
P. Crassum Cicero libro de officiis sciendo significare
" his uerbis uidetur. P. Crassus tum cognomine diues, tum 3. Vo. ph.
" copiis, functus est ædilitio maximo munere. Quamuis 45.
enim satis sciam eum Crassum, quem felicissimū diximus,

diuitem cognomine fuisse appellatum; quia tamen id cognomen potuit esse hæreditarium, & temporum ratio id postulat, hunc potius, quàm illum hic intelligo. L. enim Crassum oratorem cum hoc coniungit; inter quorum consulatus annus tantum interfuit; quum inter illius superioris, & L. Crassi consulatum tres & triginta anni numerentur: de quo annorum numero non dixisset Cicero. Paulò post L. Crassus cum omnium hominum moderatissimo
" *Q. Mutio magnificentissime ædilitate functus est. Sed*
" *iam de Sexto Aemylio* ὕστερον πρότερον *dicamus; si de eo dicere possumus, de quo nihil scriptũ uiderimus. Pier. Quid igitur dices? Cor. uideri mihi aliter legendum. Pier. ad arã uidelicet cõfugies. Cor. sed à qua me facile patiar detrahi, si quis mihi sacrarium Sanctius aperuerit. Pier. aram tandem occupa. Cor. uel M. Aemylium, uel Sextum Aelium*
16. *legerem. Pier. nunc cognosco, quid Aelius suggesserit. Sed tu iam aram tenes: nunc tempus est, ut rem sacram facias. Cor. faciam equidem, sed utinam litare possim. Quantum ergo ex uerbis coniicimus, Cato de eo loquitur uiro, quem uiderit. Videre autem Aemylios plures etiam consules potuit, sed nullum, cui prænomen (quantum ego legerim) Sexto fuerit. de Aemylijs præterea illius temporis non uideo multam fieri ab ijs mentionem, qui de iureconsultis, et uiris eloquentibus aliquid memoriæ prodiderunt. atqui ij tres à Catone dicuntur iura suis ciuibus præscripsisse. Quis contrà nescit Sextum Aelium Pætum, qui consul fuit cum T. Quintio Flamminio anno ab ur. con. Dlvi. Catone ipso prætore, & iureconsultum fuisse, & de eo à Ci-*
1. Vo. ph. *cerone in prima Tusculana quæstione, & libro primo de*
152.
De or. 101 *oratore sic esse scriptũ: propter iuris ciuilis scientiã Sextus*

Aelius

„ Ælius sic appellatus à summo poëta est.
„ Egregie cordatus homo Catus Æliu' Sextus.
„ Item in Bruto.numero eodem fuit Sextus Ælius iuris qui In Bruto.
„ dem ciuilis omnium peritissimus, sed etiam ad dicendum 171.
paratus.Pier.Tu uero hic non litasti modo, sed parentasti etiam,idque,ubi uix sepulchrum,& ossa extabant: dedistiq; aureum nummum;id quod antea etiam feceras . Cor. Nunc Æneos dabo,ut,si qui reliqui sunt aurei,eorum uos desiderio,& spe diutius teneam.atque ne hæc à nummis translatio temere sumpta uideatur;ut nummi typis quibusdam ferreis,sic literæ, & libri nunc plombeis formantur,& describuntur;quibus olim me Venetijs iuuat præfuisse.ex ea enim re factum est,ut longe facilius nunc cognoscam,ubi in libris sint inuersæ literæ, uel præposteræ, uel etiam ita mutatæ,ut in alias aliæ transierint: quarum aliquas retulisse nec erit inutile,nec extra munus nostrũ; ijque nummi erunt ænei. hac tamen in re nullum seruabimus ordinem;sed ut quæque res primum in mentem ueniet,ita primo loco illam dicemus.id quidem dabimus operam,ut in libris Ciceronis præsertim, cuius nummos sumus polliciti,quasi in prouincia nostra uersemur . Si tamen occurrerint aliorum loca,non est consilium reijcere. atque ne ab amicitia discedamus,sic in ea passim legitur.
Quæ quidem uirtus tamen multis in rebus,tum in amicitia tenera,atque tractabilis est.in priore membro , quum, 3. Vo.ph.
uel tum,non tamen,legendum est:quod & si in uulgatis 105.
libris memini me etiam legere,in manu scriptis tamen id 17.
multò clarius conspicitur.Hoc loco uelim uos illud scire, me libros manuscriptos in prouincia summo labore , nec minore impensa conquisiuisse;quos ne semper sit necesse,

tanquam testes citare, satis fuerit dixisse, hoc uel illo modo
mihi legendum uideri. ad rem redeo. Similis est error su-
periori in secunda quæstione Tusculana, ubi sic loquitur.
1. Vo. ph. 177. » Philosophiæ uis non idem potest apud omnes; tamen ua-
18. » let multum, quum est idoneam complexa naturam. tum
repono. & sanè quidem, qui compendiaria utũtur scriptu-
ra in ea re facile offendunt. si quidem ab ijs, tamen par-
ticula, ita solet scribi, tñ. nihil uerò facilius est, quàm ut n
litera in u uocalē, & contrà u in n transeat, ut suo loco
fortasse exempla uidebimus. quin a quoque in u transeat
necesse est, nisi arctius suprà calamo stringatur. sic fa-
1. Vo. ph. ctum in eodem Lælio crediderim, ut quam uirtutem pau-
105. lò ante neque duram, neque ferream esse dixerat, ean-
19. dem paulò post, quasi idem dicens, neque inhuma-
nam, neque immanem esse contendat. neque enim
ego inire rationem possum, quare immunis uirtus, ut
scriptum est in eodem loco, legi debeat. Sed hoc ex conie-
ctura, & iudicio, illud ex libro uetere dicimus: eam clau-
1. Vo. ph. sulam ad hunc modum esse legendam. Non ergo erunt
106. » homines delitijs affluentes audiendi, si quando de amici-
20 » tia, quam nec usu, nec ratione habent cognitam, disputa-
» bunt. Qui enim delitijs affluunt, uidentur ab amicitia po-
tius repellendi, quàm diuites: ut iam pro diuitijs omnino re-
ponendæ sint delitiæ. utram tamen lectionem magis pro-
1. Vo. ph. betis, haud equidem multum laboro; dum illam prorsus re-
112. » cipiatis. una illa subleuanda offensio est, ut & ueritas in
21. » amicitia, & fides retineatur. & ueritatem, non utili-
tatem quærunt tam multa, quæ statim de ueritate dispu-
tantur. Illa etiam, quæ de assentatione dicuntur, omnia fa-
cile ostendunt uoluntatem, non uoluptatem in ea clausula

» esse retinendam. Hoc uitium est leuium hominum, atque 3. Vo. ph.
» fallacium ad uoluntatem loquentium omnia. Pier. Simili 113.
uideris mihi hac in parte ratione uti, atque ego in uarieta 22.
tibus Virgilianæ lectionis usus sum. Cor. Nihil magis dis
simile. primum tu satis diues, nec minus doctus: ego qualis sim in utranque partē, sum ipse mihi optimus testis. deinde nullæ ferè sunt in Italia Bibliothecæ, ad quas tibi aditus non patuerit: mihi contrà semper ad hunc diem necesse fuit libros corrogare. Eg. hæc missa fiant. tu perge, ut cœpisti. C. Coëunt etiã interdum diuersa uerba, atque adeo ita coniunguntur, ut uix postea sari possit, uel ubi, uel quo modo sint seperanda, etiam si summam adhibeas diligentiam. hinc fit sæpe, ut quò quis est doctior, eò magis ambigat, quid sequi debeat. Sic Aldus Manutius uir diligentissimus, & quicunque illum sunt imitati, quum in oratione pro A. Cluentio dubitarent, signo quodam lectorem monuerunt, uerba illa sibi perturbata uideri. Quum summum 2. Vo. or.
» recte factis maiores nostri permixtum plura peccatis 50.
» pericula proposita esse uoluerunt. Vos, si probus hic num 23.
mus uobis uidebitur, uelim hac præscriptione in codicem
» referatis. Quum summum recte factis maiores nostri
» præmium, tum plura peccatis pericula proposita esse uoluerunt. Egna. & si Pieri de nostro iure decedimus, si patimur nouas leges figi, ego tamen, nisi tu aliter sentis, hoc concedendum arbitror. Pier. me perlubente feceris. Corra. utrique gratias ago, id quod non erit opus in eo, quod sum dicturus. Vos enim illud exceptum statim in tabulas uestras, uel me tacente, transferetis. Pier. aureus hic sit nummus, oportet, quem tam auide sumus excepturi. Corra. æneus ille quidem est,

ut cæteri, Sed in eo summum est artificium. Eg. prome tandem. Cor. promam equidem, si prius dixero, unde hoc illi natum sit artificium. Eg. hodie Pieri, ut audio, discimus nummos formare. Cor. utinam is ego sim, qui id possim præstare. nihil enim mihi esset gratius, quàm te munere illo remunerari, cui nō literas modo, quas tu me humanissime semper docuisti, sed me ipse etiam acceptum refero. tantum uerò abest, ut tu hodie hoc artificium de me discas, ut nesciam, an ullus sit quispiam mortalium, qui, quàm tu, illud melius teneat. Tu enim semper Aldo, & hæredibus quasi autor fuisti, ut omnium optime describerent: quod consequi non potuisses, nisi eam quoque artem perfecte scisses. in librarijs itaque officinis artifices illi, qui compositores uulgo dicuntur, quū formulas, in quibus expressæ sunt literæ, è capsulis sumunt, & intra indicem, & lignum ad id accommodatum ita ingerunt, ut eas in numerum digestas de ligno in tabulam ponant; fit facile, ut formulæ conuertantur, uel locum mutent. Eg. quorsum tendit hæc tam longe repetita narratio? Cor. ut non tu, cui nihil propè est ignotum, sed cæteri sciant, facillimum esse ex inuersis
2. Vo. or. 71. uel mutatis formulis alia describi uerba, atque scripserunt autores. quale illud est in oratione contra Rullum; ubi
24. partiaul, siue, totum perturbat sensum; quæ ex mutatis formulis est facta: nam scribi (meo, quidem iudicio) debuit, ne si. illa est autem clausula. præsentem eum profiteri iubet: quod nulla alia in lege unquàm fuit, ne in his quidem magistratibus; quorum certus est ordo: ne, si accepta lex esset, illum sibi collegam ascriberetis, custodem, ac uindicem cupiditatum. Eg. est hic quidem nummus artificiose, ut dicebas, factus; dignusq; qui in tabulis scribatur, sed

non tamen tanti, ut tu debueris elephantum ex musca, ut dicitur, facere, librariasq; officinas scrutari. Cor. non est id à me inconsulte factum, sed eo potius consilio, ut, si quid huiusmodi posthac occurrerit, sit, cui simile esse dicã: quod de reliquis etiam rebus dictum uelim. Eg recte facis, qui, quæ dicturus es, præfulcias, & præmunias. Sed quid ad dis? Cor. belluam tuo elephanto multò maiorem; quæ M. Cælij epistolam totam fermè uastauit. Quid enim appel=
» lem illa uerba: uellem quidem uerna propugnatus tantum Fam. 124.
animi habuisset in uestro Domitio; quantum ipse cathena 25.
tus in hoc habuit. professi sunt uiri eruditissimi se huius loci sensum ciuis obuium reliquisse. id fortasse uerum sit in alijs; qui sint ingenio, et eruditione maiori, quàm ego sim. mihi certe nunquàm neque obuius, neque (ut uerum fa=tear) cognitus fuit, quoad libri in manus peruenerunt; in quibus & si modo uenerem & uenere pro uerna; modo. propugnatus & propugnaturus; modo etiam damnatus, & cathenatus, & cathenandus scribitur; uir tamen, qui nõ sit prorsus expers ingenij, ex hac lectionum uarietate illam forsitan eliciet. uellem quidem, uenere prognatus tantum venere natus
animi habuisset in uestro Domitio, quantum ipse cathenan Pscade natus
dus in hoc habuit. hoc quidem sensu: cuperem equidem, ut fit leg. Octavius
Cæsar in Domitio, quem humilem, & abiectum Corfinij Pantagathus v.
cepit, tantum animi inuenisset, quantum inuenit hic Bellie in C.H. Steph.
nus uerna, qui breui cathenandus est, in isto Domitio, quẽ P. 250
strãgulauit. dolet enim Cælius plus animi in Gallo, quàm in ciue Romano fuisse; quamuis dolor iste sale non careat. non credo nunc necesse mihi esse probare, Cæsarem fuisse uenere prognatum; quum Cæsaris parentem eam uocet Appianus, & historia omnes scribant Iuliam domum à

Venere per Æneam, et Ascanium habuisse originem: un
de summus poëta ita cecinit.

„ Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.

Variæ item sunt lectiones in epistolis ad Dolabellam ita,
ut nescias, quàm potissimum sequi debeas ex his quatuor
im. 131. ingentium culinarum: coclearum: gallinarum: ferculorum.
26. nec ulla ex his est, quæ suum non habeat patronum. ego
semper pro cocleis causam dicerem; quòd habeant nescio
quid simile cum fungis; de quibus ibidem meminit. non
sum tamen is; qui, ut semper præ me feram, uelim prorsus
quippiam mordicus tenere. dico, quod sentio: probet quis-
que, quod maxime placet. mihi quidem placet in epistolis
ad Papyrium pætum ita legere. Nos iam ex te artis tan-
m. 138. „ tum habemus; uel, ut alibi scriptum etiam uidimus; nos ex
27. arte coqui tantum habemus, ut Verrium tuum, et Camil-
„ lum, qua munditia homines? qua elegantia? uocare sæpius
„ audeamus. & si passim, ex areis, uel ex arcis, legitur. nam,
quum Cicero in illis epistolis cum Papyrio pæto sæpe io-
cetur, & ibi præsertim de conuiuijs, & cœnarum lautitia
loquatur, nihil mihi causæ esse uidetur, quã ob rem areas,
aut arcas scribat se plenas habere; quum ratio potius pe-
tat, ut multum artis dicat didicisse usque adeo, ut non dubi
tet lautissimos etiam homines uocare. hic litera una muta-
ta sententiam quoque uerborũ mutat: duæ uerò apud Plau
tum inuersæ, & una addita faciunt, ut ne latine quidem
is loqui uideatur; cuius lingua musæ uterentur, si loqui la-
tine uellent. Sic igitur in Truculento; quam haud equidem
scio, an nunc cognoscat Plautus, si ab inferis existat, quum
tamen ea ipsa maxime gauderet uiuens; legitur.

„ Ille quidem abijt, concessit: dicere

„ Hic quis uidelicet. uerum est uerbum, quod memoratur: Sc. 16. 28.
„ ubi amici,
„ Ibidem opes.

Vbi, si scribas; dicere hic quiuis licet; sensus erit apertus, & Plautina maiestate dignus. quòd si quis contendat hoc loco, quis à queo uerbo esse ductum; haudequidem magno repugnauerim opere: quandoquidem illud quoque uerbum sic in Meenaechmeis repono.

„ Num quis memorare quin ego liber, ut iussisti, eam? Scæ ultima 29.

Nunquid habet uulgata lectio; quam si quis tueri uelit, uideat ille, ne oratio sit imperfecta; quum desit uerbum, in quo possit illa consistere. Nunc, quoniam in Trucalentum incidimus, uix fieri potest, ut ab ea discedamus; nisi prius truculentum monstrum, quod in eam truculenter inuasit, tanquàm Hercules, sustulerimus. id autem est huiusmodi.

„ Et Homeronidam, & postilam illi memorari potest, Scæna. 8. 30.
„ Qui & conuicti, & condemnati falsi de pugna sient.

Dixi olim Regij hunc locum mihi ita corrigendũ uideri.

„ Et Homeri Odyssea, & post Ilias illis memorari potest,
„ Qui & conuicti, & condemnati falsi de pugna sient.

Itaq; etiam nunc censeo; quum præsertim in ueteri libro adhuc supersint uestigia: Ilias enim in eo legitur. librarij uerò, qui nunc ferè omnes sunt imperiti, sic sæpe literas, sublatis interuallis, confundũt, ut uix postea possint distingui, ut antea etiã diximus. Quin quũ uerbũ aliquod inueniũt, qđ sit cõpendiarijs notis scriptũ, solent id arbitratu suo describere: fitq; ex ea re sæpe, ut uerbum in uerbũ transeat, quod sit potestatis maxime diuersæ: eiusmodi multa in nobis, ut puto, in hoc sermone disputabuntur. nunc illud dicatur. hæc sunt uerba Ciceronis in epistolis ad C. Alienum. C.

Fam. 232. „ Auianus in Sicilia eſt. Marcus nobiſcum eſt, ut illius di=
31. „ gnitatem præſentis ornes, rem utriusq; defendas, te rogo.
nihil hic muto; tantum admoneo, uideri legendum: abſen=
ſentis; ut ita fuerit ſcriptum: abſ̄tis: et librarius primum,
pn̄tis, deinde, præſentis, deſcripſerit. ratio autem, quæ
me mouet, ut ita credam, hæc eſt. in Achaia erat Alienus,
ad quem ſcribit: Auianus in Sicilia: Marcus cum Cicero=
ne. neuter igitur eorum erat præſens, niſi forte hæc lectio
„ magis placeat. ut illius dignitatem præſens ornes, rem
utriusq; defendas, te rogo. diſtinguunt ijdem etiam ſæpe,
Att. 29. ubi non eſt diſtinguendum, ut in epiſtolis ad Atticum.
32. „ Quid Cæſar inquam? negat ſe quicquam de illius ado=
„ ptione tuliſſe. deinde ſuum, Memmij, Metelli, nepotis ex=
prompſit odium. Vbi coniunctè legendum eſt Metelli ne
potis; qui, ut nemo neſcit, in tribunatu fuit Ciceronis inimi
cus, in conſulatu amicus: id quod teſtatur Cicero ipſe in
3. Vo. or. oratione in L. Piſonem; & pro domo ſua ad Pontifices
87. „ his uerbis. an, quum Q. Metellus, qui, quum meus inimicus
2. Vo. or. „ eſſet, frater tuus, & diſcenſioni noſtræ, & precibus tuis
214. „ ſalutem, ac dignitatem meam prætuliſſet, me accerſeret in
Senatum, non uenirem? quo in loco quum Q. Metellum uo
cet fratrem P. Clodij, & ſæpius in eadem oratione, eò
diſcedo, ut credam P. Clodium quoque in epiſtola ipſius
Q. Metelli Nepotis ad Ciceronem ſignificari; quum ita
Fam. 61. „ ille inquit. libenter, commutata perſona, te mihi fratris loco
33. „ eſſe duco. de illo ne meminiſſe quidē uolo, tametſi bis eum
34. „ inuitum ſeruaui. hoc quamuis extra rem eſſe uideatur, ut
tamen dicam, quicquid hac tota de re animo comprehen=
ſum habeo, ſeruatus eſt forte P. Clodius à Q. Metello,
3. Vol. or. „ quum ſe Milo continuit, & P. Clodium ad iudicium bis
109.

uocauit. non credo uos expectare, dum differam, quo pacto is à Milone bis ad iudicium sit uocatus; quum id sæpe in Ciceronis & orationibus, & epistolis ad Atticum legatur. Eg. nisi me animus fallit, imprudens hunc aureum nummum æneis mistum protulisti. Cor. uerum id quidem est. non enim multa adhibetur à me diligentia: quòd uideam non esse mihi rem cum aliquo improbo mensario, sed cum ijs uiris, quibus cum etiam in tenebris micare possim. Sed quoniam istum uobis uideo aureum probari, hunc, spero, item probabitis. est enim admodum similis; nec ab isto longe exactus, uel potius in eodem loco: Si quidem numeratus est in epistola, quæ ad eundem Q. Metellum Nepotem à Cicerone scribitur; atque his uerbis in aduersaria re
» latus. abs te, quantum tua fert uoluntas peto, quæsóq;, ut Fam. 6
» tu me conserues potius, quàm propter arrogantiam, & cru 35.
» delitatem tuorum me oppugnes. non sum tam amens, ut nesciam, me impudentem appellari iure posse, qui coram Egnatio, & Pierio uiris omnium & eloquentissimis, & doctissimis uel loqui audeam: sed uos imperatis, quorum alter etiam suo iure cogere potest. itaque uobis mos est gerendus, nec tacendum est quicquam, quod ad rem faciat, propterea quòd sit uobis notissimum. ut enim Lucillius non Persio, non Scipioni, non Rutilio, sed Tarentinis aiebat se, & consentinis, & Siculis scribere; sic ego si quid scribo, non uobis, quamuis coràm adsim, sed meis Regiensibus & Scandianensibus scribo. Quare non uerebor historiam, quæ huic loco sit necessaria, paulò altius repetere. Duo igitur Metelli fratres fuerunt tempore Ciceronis Romæ celebres, Q. Cæcilius Metellus celer, & Q. Metellus Nepos. Celer fuit prætor tempore coniurationis Catilinæ,

Fam. 59. & postea consul cum L. Afranio; deinde proconsul; quò
36. tempore scripsit ad Ciceronem illam epistolam, quæ est
in libro quinto familiarium prima. Nepos uero tribunus
plebis cum Cicerone inimicitias exercuit, quas tamen po=
stea Reipu donauit, & consul cum P. Lentulo creatus de
dit cum eodem operam, ut Cicero ab exilio reuocaretur, et
si primo, fortasse P. Clodij fratris gratia, uisus est animum
mutasse. his ergo uerbis, quæ sunt à nobis paulo ante reci=
tata, illum Cicero rogat, ne, propter crudelitatem suorum
idest (ut ego interpretor) Clodij, se oppugnet: rogat, in=
quam, exul iam consulem; ut dubitandum non sit, quin in
Fam. 62. epistolæ præscriptione sic reponatur, M.T. Cicero Q.
37. Metello Nepoti consuli S.D. ut ueteres etiam libri habent.
Fam. 6[illegible]. Sed & ex his omnibus cognoscitur præscriptionem epi=
38. stolæ superioris hanc esse debere. Qu. Metellus Nepos
M.T. Ciceroni S.D. non autem celer, ut nuper descriptum
est. de hoc item Nepote sic scribit ad Atticum Cicero. ex=
Att. 25. ,, pecto literas tuas, quoniam Nepos proficiscitur, cuinam
39. auguratus deferatur. Nepos, hoc est, Q. Metellus Nepos,
non autem Clodius Luxuriosus, ut exponit interpres. de
utroque autem sic idem scribit in Bruto. Duo etiam Me=
In Bruto. 187. ,, telli Celer, & Nepos, nihil in causis uersati, nec sine in=
,, genio, nec indocti, hoc erant populare dicendi genus asse
cuti. cæterum, quoniam satis de Metellis diximus, ad uer=
borum distinctiones, si placet, redeamus. Egna. nobis uerò
placet. Sed unum te prius monitum uolumus, te in hac
pensione multò plures nummos, quàm fueras pollicitus,
dedisse; ita, ut nos non modo duos uno saltu, ut dicitur, le=
pores, sed plures etiam ceperimus. Cor. gaudeo equidem
quum plus præsto hac præsertim in re, quàm recipio,

Pier. efficis tu id quidem: sed miror ego nullum adhuc argenteum nummum abs te esse prolatum. itaque nunc mecum cogitabam, num ulla lege esset cautum, ut prouincia tua uectigalia ex ære tantum, et auro solueret. Cor. illa uero argenteos etiam rendit, sed non possunt uno tempore omnes promi. Pier. unum cupio uidere. Cor. hunc aspice.
„ Quum scirem C. Cassij singularis ciuis, & ducis classem Fam. 193.
„ maximam fore præsto in Syriam ad meum officium re= 40.
uerti. hic adsunt testes. Eg. qui testes? Cor. Prosper Videllus, & Rubertus Salicetus. Egna. quid, si testimonium sit mutuum? Cor. sit, ut lubet, nisi pro se res ipsa loquatur. Eg. quid tandem uis eos testificari? Cor. me primum in istis uerbis errorem cognouisse. Eg. res ipsa etiam sine testibus indicabit. quare tu errorem illum dicito. Cor. ille in Syria est. Pier. si tam longe abest nihil ad nos. Cor. nec si propius quidem adsit, modo priori membro orationis Syria
„ hoc modo coniungatur. Quum scirem C. Cassij singularis
„ ciuis, & ducis classem maximã fore præstò in Syria; ad meum officium reuerti. Eg. tu postea nummi huius producas testes, quum ne spectatione quidem, aut Colybo sit opus? Quis est enim omnis historiæ tam rudis, qui non colligat, uel ex ea ipsa epistola, Lentulum in Asia proquæstorem fuisse, & eò ad officium suum reuertisse, non in Syriam, ubi Cassij Classis contra partem nauium Dolabellæ, quæ Syriam, Ægyptumq; petierant, præstò erat futura? Cor. ob id ego testes producebam, ne quisquam postea, quod à me sit excogitatum, improbe suum assera . Eg iam nũc ego tibi addico uel potius in tabulas tibi acceptũ refero. Cor. Quid Pierius? Pier. scribẽdo adsum. qđ primũ ab hoc referes, scribã ipse. Cor sume

igitur calamum, & scribe, sed aliter, atque uulgo in episto-
lis ad Atticum est scriptum: quod tamen more meo pro-
ponam, ut melius appareat, quid mutem. id tale est. Com-
Att.74. *modius uisum est, & Zenoni me, & post ipsi* Patroni, *ad*
41. Memmium *scribere, qui pridie, quàm ego* Athenas *ueni,*
Mitylenas *profectus erat, ut si ad uos scriberet, posse id*
sua uoluntate fieri. Solet Cicero *ita loqui latine, ut rarò ta*
men à legibus grāmaticas discedat: hoc loco ut ab illis, et à
latinis etiam recessisse uideatur, si, particula facit, quæ non
habet, unde pendeat. Quare omnibus ego semper præibo,
ut ita legant illa uerba. ut is ad suos scriberet, possè id sua
uoluntate fieri. Pier. *uix me contineo, quin iam nunc scri-*
bam, adeo probus hic nummus est mihi uisus. Cor. *liben-*
tius scribes, quum audiueris, quid ad ipsum Memmium *ea*
de re scripserit. Pier. *cupio audire.* Cor. *audi igitur. Quam*
Fam.203. *ob rem peto à te, ut scribas ad tuos posse tua uoluntate*
decretum illud Areopagitarum, *quem* ὑπομνηματισμὸν
illi uocant, tolli. Pier. *uel hinc illa, uel hæc illinc sunt trāsla*
ta. Cor. *Simile uero est, ad* Memmium *prius scripsisse, dein*
de Attico, *quid scripsisset, significasse. itaque si quid tra-*
latitium est, ultimum sit, necesse est. Sed id nihil nostra re-
fert, dum nummus noster satis habeat ponderis. Pier. *Quin*
huius Lanx *multum propendet.* Cor. *terram deprimet, si*
hoc tanquàm granum addideris. Fānius *autem, inquit ibi-*
Att.74. *dem paulò post, ædificandi consilium abiecerat, sed erat* Pa
42. *troni iratus. sunt libri, in quibus* Manius, *non* Fannius *legi-*
tur: quod et si propius ad ueritatem accedit, Fannius *ta-*
men, & Manius *ab ea epistola sunt eijciendi, et* Memmius
reuocandus, qui olim in exilium Patras *pulsus, nec* Cice-
Fam.2 12. *ronem* Athenis *uidit in* Ciliciam *proficiscentem, nec un-*

quàm postea, quantum in librarijs fuit, est reuocatus. Mytilenas profectus erat pridie, quàm Cicero Athenas ueniret, unde ad ipsum scribens, dolet eum uidere non potuisse. Fam. 202. 43.
Quòd uerò ædificandi consilium abiecisset, & Patroni esset iratus, intelliget, quicunque epistolam ad ipsum Memmium legerit, Pier. hic summa redundat. Cor. ad finem rationis si qua fuerit summa reliqui, illuc transferes, quod redundat. nunc pecuniam extraordinariam accipias uelim. Pier. Quæ pecunia quæstori potest extraordinaria esse? Cor. Quæ extra prouinciam sit exacta. Pier. Qua lege id tibi concessum est? Cor. ea, quam nos tulimus. Pier. non memineram Hercule. Sed qualis ea est pecunia? Cor. talis. inuertuntur aliquando non literæ solum, aut syllabæ, sed uerba etiam integra ita, ut alterum in alterius locum migret: quæ tamen migratio facilius in poëtis, quorum carmina arctioribus numeris constant, quàm in oratoribus cognoscitur, ut illa apud Tibullum. Att. 74. 44. Fam. 202.

L. 1. ele. 9. 45.

„ Lucra petituras per freta patentia uentis,
„ Ducunt instabiles sidera certa rates.

per, enim, particula penè freto submersa est; arte è loco suo deiecta, qui tamen sic restituendus est.

„ Lucra petituras freta per parentia uentis,
„ Ducunt instabiles sidera certa rates.

Similis inuersio est illa in Statio.

„ =At tu stupefacti à limine Phebi Theb. 1.
„ Exoratus abis, inde hæc sacra stata quotannis 46.
„ Solennes recolunt epulæ.

Qui sit uel mediocriter in poëtis uersatus, uel saltem sciat, quæ Syllabæ sint longæ, quæque item breues, non poterit non intelligere, stata sacra, legendum esse, quod à nullis

animaduersum Crotus meus Regiensis poëta egregius olim meam miratus est. Sed ad Tibullum redeo, cuius ille est uersus.

Li. 1. ele. 5. 47. " Vota nouem ueneri nocte silente dedi.

Pier. Quid hic erit migrationis, aut inuersionis? Cor. Nihil sanè: sed uariæ lectionis nescio quid. nam in libro manu scripto, quem Carolus Sacratus eques Hierosolimarius nobilis mihi dono dedit, sic legitur.

" Vota nouem Triuiæ nocte silente dedi.

Pier. ita ne uerò legitur? Cor. librum, quum uolueris, ostendam. Pier. libenter uidebo. Sed quo modo lectionem hanc ueram esse defendes? Cor. illo numero, & nocte. Pier. nullo'ne præterea argumento. Cor. superiori carmine.

" Ipse ego uelatus filo, tunicisq; solutis.

Pier. Quid hinc habes argumenti? Cor. morem fuisse ijs, qui rem diuinam Triuiæ facerent, uestes soluere: unde Dido apud summum poëtam,

Aen. 4. " Vnum exuta pedem uinclis in ueste recincta,
" Testatur moritura Deos.

Pier. circuncisus hic mihi nummus uidetur. Quare tu uide Egnati, an recipiendum putes. Egna. ad Iudæos relegetur Pier. extra iocum: uin' scribam? Eg. scribe. Pier. utro nomine? Eg. utrouis. utrunq; enim potest defendi. Pier. alterum quidem Corradus egregie tutatus est tu alterum, nisi molestum est, defendas uelim. Eg. haud factu facile est, inquit ille, simul flare sorbereq; nō possum ego simul quæstor, & cōsul esse. Quā ob rem suū Corradus officiū, nos nostrū faciamus. Cor. Tu, cuius domus nō minus cunctæ Italiæ, quàm olim illa Isocratis græciæ patuit; qui Venetijs amplius quadragīta annos quū priuatim, tū publice ita

docuisti, ut nullũ sit hominũ genus, nulla natio, nulla gens tam remota, ex qua tibi optimos quosque homines nõ deuinxeris: tu, q te oĩbus maximis, minimis facilẽ præbes: q nemini bono ad te aditũ obstructũ esse pateris: qui pueros hortaris: qui iuuenes instituis: qui te tandẽ natũ esse iudicas, ut iuues: tu inquã, amico, & discipulo non respõdebis, siquid erit, de quo nos dubitemus? Eg. pactiões inter nos hæ fuerũt, ut tu diceres, & nos aures daremus. Nũc si his standũ nõ putas, agè, quod lubet roga. Cor. caue putes, me eũ esse, qui nolim pacta seruare. Eg. cur igitur nõ pergis? Cor. ut ita pactus sim, me dicturũ, nec quippiã exceperim; nullus tamen erit iudex tã iniquus; qui, si in ius uoces, ita secũdũ ea pacta det litẽ, ut, quæ nesciam, ea tenear præstare, & debeam; nec possim quærere, si quid dubitem. Eg. ecquid tandẽ dubitas? Cor. quod te Pierius etiã rogabat. Eg. si Venus eadẽ est, quæ & Luna, ut apud Macrobium Leuinus, & Philochorus testantur, non erit amplius dubitatiõi locus, quin utroq; modo legi possit: sin Venerẽ tantũ admittas, & suis triuijs Triuiam relinquas, terna licia, ter circum altaria ducta effigies, et tres nodi apud Virgilium te facile docebunt nõ minus illo numero Veneri, quàm Triuiæ solitos fuisse ueteres rem sacram facere. Cor. Dii boni, ut sæpe nos in summa rerum ignoratione uersamur. nunc etiam demum ex his intelligo, quare in superiori dicat carmine, uelatus filo. quin uideor mihi alius esse, atque eram, adeo uox illa tua omnium suauissima, & plenissima me afficit, & quasi scrupulosũ me exciauit. non poteras tu planè plura paucis eloqui: qui, quæ non dixisti, etiam in mentem quasi reuocaueris. Pier. unum ex his saltem dicito. Corra. id est, quod tu omnium Li. 1. ele. 9. 48.

Seruii in bu. *primus(pace aliorum dicam) recte interpretatus es;*
» *=Veneris dic uincula necto:*
49. *Cui simile illud est.*
Ser.Aen.3. » *=cretam,proauosq; petamus.*
50. *Nec illa dissimilia,quæ refert* Diomedes,
» *sua iam promissa reposci.*
et,
» *=ultrò implacabilis ardet.*
Quæ uerba à cæteris separantur,& carmina ex se faciunt,& suos separatos habent pedes,nec refert,utrum recipiant,dactilum,an Spondæum*, dum semel anapæstus inseratur,& una redundet* Syllaba.*Sed ut illa* Seruij *uerba per te iam* Pieri *ab omnibus intelliguntur,ita pauci,op*
Ser.Geo.2. *nor,sunt,qui, quid sit* Saturnium *carmen apud eundem*
51. *sciant.id autem tale erat,autore* Pediano.
Ascon.20. » Dabunt *malum* Metelli Næuio *poëtæ.*
Sed me iam idem reuocat Tibullus,*cuius carmen illud sic ab omnibus librarijs descriptum est.*
Li.i.ele.5. » Pauper *ad occultos furtim deducet amicos.*
52. *Næ infelix ille sit amator,qui suæ amicæ possit esse quasi* Leno;*quum omnino duos talis amor non patiatur.Quare quum ex coniectura,tum ex illo uetere libro sic soleo emendare.*
» Pauper *& excultos furtim deducet amictus.*
Id quod etiam magis indicat sequens carmen.
» Vinclaq; *de niueo detrahet ipse pede.*
Videtis ut literula una aut sublata, aut interdum mutata faciat,ut autorum uerba longe alio sensu interpretemur, atque sunt ab illis scripta?eam ob rem uigilandum est hoc præsertim tempore;quo tantũ audaciæ sibi sumunt quidã,

ut non

ut non uereantur libros ad arbitrium suum corrigere; si corrigere est, plus mendi, plus erroris, plus etiam difficultatis inuehere. ferri id tamen posset, si illi suas opiniones in medium afferrent, nihil in libris aut dementes, aut addentes; quemadmodum nos in hoc sermone facimus: qui admonemus quidem hoc uel illo modo uel posse, uel debere legi, sed liberum cuique relinquimus iudicium; tantum abest, ut lectiones uelimus mutare; etiam si uideamus sæpe mendum ita esse apertum, ut omnino aliquid sit immutandum: quale est illud in oratione pro P. Q*uintio. profi=*
" *ciscitur* Quintius; Roma *egreditur ante diem. iiij. calend.* 1. Vo.or.
" Februarij Spurione, & Norbano Coss. *nemo historiæ* 4.
paulò peritior non uidebit hoc loco Spurionem *factũ esse* 53.
ex Scipione. *Si quidem per ea tempora consules fuere* L.
Scipio Asiaticus, & C. Norbanus Bulbus *undeuigesimo* 3. Vo.ph.
anno ante Ciceronis *consulatum. atque ut hic* Scipio *in* 80.
Spurionem, *sic in* Catone, Cæpio *in* Scipionem, *et* Cento 54.
in Cethegum *transiere. Hæ uerò mutationes sunt illæ qui* 3. Vo. ph.
dem magnæ, & quæ sæpe lectorem impediant; sed nulla 87..
tamen est; quæ mihi aut maior, aut magis mirabilis uidea 55.
tur; quàm quæ apud Ciceronem *in primo libro de* Diuinatione *est facta ita, ut* Ouidianas *etiam superet. quando enim unquàm apud* Ouidium, *aut alios poëtas lectum est, ex uua suem esse factam? atqui nunc in oratore etiam hoc uidere licet, ubi de* Accio Nauio Augure *sic scribit.*
" Accius, *quũ propter paupertatem puer sues pasceret, una* 2. Vo.ph.
" *ex his amissa, uouisse dicitur, si recuperasset, unam se* Deo 87.
" *daturum, quæ maxima esset in uinea. omnes unam (quis* 56.
enim aliter exponat, si ita legatur?) suem exponunt: nec uident maius multò damnum Accio *fuisse futurum, si unã*

ſuem,& eam omnium maximam Deo dediſſet, quàm ſi amiſſam non recuperaſſet:ut mittam, quòd in uinea non ſolent paſci ſues,ſed ab ea potius longe uelli;ne roſtro uites effodiant.eſt igitur,ut dicebam,uua hic in ſuem conuerſa.Quapropter legendum eſt, Vuam ſe Deo daturum, quæ maxima eſſet in uinea.qua de re Dionyſius Halicarnaſeus libro tertio antiquitatum plura ſcribit.improba,ſanè quidem illa litera ſit neceſſe eſt, quæ tantas mutationes uel paulum inuerſa faciat. Pier. Tu culpam in literam transfers,quaſi ipſa ullius ſceleris,aut erroris ſit affinis,quæ ne ſit quidem,niſi à nobis ſcribatur.Eg.noui ego Corradi ingenium.ut ille cupit experiri,

" Quid concedatur in illos,
" Quorum flamminia tegitur cinis,atque latina;

ſic Corradus quicquid iræ, quicquid doloris ex huiuſce rei indignitate unquàm animo concepit,mauult in literas effundere,quàm hominem quempiam natum lædere.Pier. id hominis eſt officiũ,qui ſe Chriſtianum natũ eſſe recordetur.Cor.non eſt cõtrà hominis Chriſtiani id agnoſcere. quo circa inſtitutũ ſermonem perſequamur.eadẽ litera homines quoque,quis crederet?mutat. Ciceronem certe,qui

" Nullius addictus iurare in uerba magiſtri,

Academicus tamen dici malebat,Peripateticum fuerit,ni ſi nos illum quaſi liberali cauſa in libro tertio de officijs ita manu aſſeramus.Erit autem hæc formula Stoicorum
" rationi,diſciplinæq; maxime conſentanea : quam quidem
Vo.ph. 6. " his libris propterea ſequimur,quod , quamquàm à ueteri
" bus Academicis,& Peripateticis ueſtris,qui quõdam ijdẽ
57. " erant,qui Academici,quæ honeſta ſunt,anteponuntur ijs,
" quæ uidentur utilia,tamen ſplendidius hæc ab eis diſſerũ

tur. hæc uerba si legantur, quemadmodum à me è libris manu scriptis sunt descripta, & nunc uobis recitata, & latinam referant dictionem, & elegantem: sin, ut uulgo sunt scripta, uereor ne careant ordine. mitto cætera: illud notandum est, uestris, omnino legendum. Scribit enim, ut Scitis, 58
ad Ciceronem filium, qui sub Cratippo Peripateticorum oĩum, ut ipse alibi testatur, principe Philosophiæ operã dabat. atq; ideò dixit, uestris Peripateticis. nostris uerò, ut illis se quoq; annumeraret, legi nullo modo potest, quũ se Academiam, ut paulò ante diximus, ferè esse profiteatur. Persimile mendum est in Catone, ubi ita loquitur ipse. utinam
„ hæc sapientia digna esset opinione uestra, nostroq; cogno 3. Vo.ph. 78.
mine. duos ego libros manu scriptos possim proferre, in 59.
quibus, uestroq; cognomine, legitur. & sanè quidem non uidetur consentaneum, ut Cato suum cognomen uocet; quod est prorsus arrogantis; sed, uestro, potius dicat, hoc est, quo uos me dignum iudicatis. res tamen non est tanti, ut uelim pluribus illã tutari. maiore fortasse cura illud sit defendendũ, qđ est in paradoxis de ijs, qui hæreditates ca-
„ ptant; quarũ spes, inquit, quid iniquitatis in seruiẽdo nõ su 3. Vo.ph.
„ scipit? quẽ nutũ locupletis orbi senis nõ obseruat? loquitur 123.
„ ad uolũtatẽ; quicqd denũciatũ sit, faciat; assentatur, assidet, 60.
miratur. Vltimũ uerbũ etsi accõmodatũ est ad assentationẽ qm̃ hoc hoĩum genus solet pẽdere, et mirari uel certe finge re mirari qcqd à sene orbo dicitur; uetus tñ lectio est, muneratur: qđ uerbũ q̃ cõueniat, nihil est necesse dicere: quũ ea de re satis multa Horatius, Iuuenalis, & Martialis scripserint. Quare ad alia, nisi uos aliter sentitis, transeamus. Eg. tecum sentimus. Cor. Silis ergo Plinio, ut nunc quidẽ Lib. 3. ca. 18.
scriptũ est, è montibus Taruisinis, mihi, &, ut reor, uobis 61.

è fontibus nascatur. Eg. miram, & nouam rem: quasi id Plinius neget. Cor. at scriptum negat. Eg. Quid si ne illud quidem? Cor. iam nunc scio, quare id dicas. Eg. qui tu id scire potes, quod ego animo quidem comprehensum, sed nondum ore prolatum habeam? Cor. nullas tibi nunc physicas rationes afferam; sed tu illud compertum, certumq; habeto, me tuos nutus multò melius, quàm alterius uerba intelligere. Eg. id unde fiat, mihi propemodum perspicere uideor. Sed tu tuam tandem proferas coniecturam; ut re ipsa uideam, an cogitationes quoque meæ tibi sint notæ. Cor. uolebas tu, nusquàm plures esse, quàm in montibus fontes, unde nascantur flumina: atque id ipsum, ut me iocose luderes, qui dixeram mihi uideri Silim è fontibus, non autem è montibus nasci: quasi fontes non sint in montibus. Eg. Diuinasti. Cor. eripiam ioci materiam. montes, inquam, Taruisini longè absunt ab eo loco, ubi manãt aquæ, quæ Silim efficiunt: ut uidere uterque uestrum potuit, tuque præsertim Egnati, qui propè Sili es uicinus; siquidem hoc tuum Gelarinum ab eo parum, distat. Pier. est'ne hic ulla mutatio? Cor. est longe omnium maxima. tantula enim litera fontes & eos sanè paruos in montes altissimos conuertit. Pier. Persei facinus. Cor. id quidem difficilius est, quàm Iouem in faciem Amphitruonis uerti, uel formam Sosiæ Mercurium gerere; qui dum apud Plautum pugnos ponderat, sic loquitur.

Scæna. I.
62. » Hem nunc iam ergo sic colo.
Cur Mercurius hic pugnos colat, nulla est causa, cur uerò locet, illa, ut locatis pugnis Sosiam magis terreat, id quod facit. nam Sosia id audiens timet, & ita inquit.
» cingitur, certe expedit se.

In eo uerbo nihil demptum, nihil additum, tantũ altera in alterius locũ coniectæ sunt literæ, & quũ legi debeat, loco, factum est, colo. in ijs uero, quæ dicam, alteri est id ademptum, quod alteri adiectum facit, ut grammatici dubitent, an Plautus sit illud latine locutus.

" Nam si opulento sit petitum pauperioris gratiam; Aul. sc. 4.
" Pauper metuit congredi, ac per metum male rem gerit. 63.

Nihil erit non latinum, si ita legas.

" Nam si opulentus it petitum pauperioris gratiam;
" Pauper metuit congredi, ac per metum male rem gerit.

Ita quoque, uel certe non multò secus scriptum inuenies in ijs libris, qui olim Mediolani sunt descripti, quorum unum habet Albertus Panciroclus iureconsultus Regiensis, quem honoris causa nomino. Pier. ut uideo, quum à Cicerone, hoc est, à prouincia tua discessisti, nihil habes antiquius, quàm ut sæpissime ad Plautum recurras. is'ne ad tuam prouinciam pertinet? Cor. is uero pertinet, & maximam pecuniæ partem soluit: sed nondum rationes omnes sunt expeditæ: & pecunia adhuc partim est in nominibus, partim in aduersarijs: hocq; illud fiat, quod mihi iam inde à principio huius sermonis caui, ut liceret partem rationis in aliud tempus differre. Pier. at ego iam hinc ingentem uim pecuniæ expectabam, non nescius ex eo agro uectigalia magna solere pendi, qui sit fertilissimus. Cor. est ille quidem ita fertilis, ut

" =Non ullo ex æquore cernas
" Plura domum tardis decedere plaustra iuuencis,

Si colatur. sed parum cultus est. quòd si quis

" Hæc nemora euertat multos ignaua per annos,

Pollicear, atque adeò in me recipiam fore, ut non solum

cum octauo, uel decimo, ut Leontinus, sed cum uigesimo
etiam efficiat. Eg. audiuisse mihi uideor, te id curare, ut sit
quàm cultissimus. Cor. ego uidero. Nunc, quanquàm So=
linus est inter eos autores, qui à Ciceronianis non proban
Cap. 10. tur, admonendi sunt tamen lectores, uti uideant, potius ne
64. legendum sit, campus Ennensis, quàm ætnensis, ubi de Si
65. cilia loquitur; & non ita multò post, porrectas, quàm por
ricias intulerint. utram tamen lectionem illi magis probet,
parum mea refert, dum mihi dent apud Plinium iuniorem
in epistolis ad Romanum, socculis, non oculis esse legendū,
cum ita scribit. illam tragœdiam, hanc appellare comœ=
Lib. 9. " diam soleo, illam, quòd quasi cothurnis, hanc, quasi socculis
66. " sustinentur. actores enim comœdiæ soccis, autore Diome-
de, utebantur. Pier. plaudite. Cor. Quid ita? Pier. acta est
comœdia. Cor. placuit igitur, quandò plaudendum ducis:
& si nimium festinas. nondum enim ad quintum actum
est perducta. Pier. Quid restat? Cor. spectabis, nisi de
Theatro recedas. nunc illud specta, num cum libris cala=
mo scriptis illa Ciceronis uerba in partitionibus oratorijs
In part. or. 230.. " sint ita legenda. parua magnis, simplicia coniunctis, obscu
67. " ra dilucidis, læta tristibus, incredibilia probabilibus intexi
mus; non autem intelleximus, ut uulgatum est: quod licet
parui sit momenti, non est tamen omnino abijciendum. il=
lud quidem profectò mihi dignum magna animaduersio=
ne uideri solet; quod est in Verrina tertia ita confusum,
ut nescias tandem, ubi consistas. non recitabo, ut uulgo le=
gatur, ne longum faciam. nam quisque uidere poterit. ut
scribam ipse, proferam. Quæstorem se in senatu expecta=
.Vo. or. 6.. " re dixit, perinde quasi non & Quæstor sine prætore
68 " possit rationem referre, ut tu Hortensi, ut omnes eodem

„ modo: & ſine Quæſtore prætor. dixit idem Dolabellam
„ impetraſſe. omen magis patribus conſcriptis, quàm cauſa
„ placuit. probauerunt, &, particulam addidimus, & impe
traſſe, nō imperaſſe ſcripſimus: quia & ſenſus ita petebat; & in eo uerbo facilis eſt lapſus, ut litera, quæ canina dici tur, uel addatur, uel detrahatur. hic detracta eſt, in Plauti Bacchidibus addita.

„ Pi. Quod imperaſti, paratum: bene bonis factū illico eſt. Sc. 15.
„ Ch. Quid paraſti? Pi. Quæ parare tu mihi iuſſiſti, oīa. 69.

Et ſanè uerba illa poſterioris carminis, paraſti, et iuſſiſti, requirunt, ut in priore, imperaſti, & paratum legatur, non autem impetraſti, et impetratum, ut uulgo ſcribitur. Quid ſi apud Ciceronem quoque libro primo de Diuinatione ea dem debeat eſſe ſcriptura? magna uis, inquit, uidetur eſſe
„ in impetrandis, conſulendisq; rebus. ut imperandis lega- 2. Vo. ph. 80..
tur. impetrare enim uerbum nihil hic mihi loci uidetur ha- 70.
bere. atque ea res forte tota ad id referenda ſit, de quo ipſe in oratione de aruſpicum reſponſis, & Valerius Maximus libro primo, & Liuius libro item primo ſcribunt: ſta tas, ſolenneſq; cærimonias in Pontificis poteſtate ita fuiſſe, ut is poſſet eas arbitrio ſuo imperare. niſi malumus id de augurio imperato eſſe dictum; de quo Seruius grammaticus ſcribit ad hūc modum. auguria aut oblatiua ſunt (utar enim ipſius uerbis) quæ non poſcuntur, aut imperati ua, quæ optata ueniunt; quale illud eſt ſummi poëtæ.

„ Tum uerò augurium Rutuli clamore ſalutant, Aen. 12.
„ Expediuntq; manus: primuſq; Tolumnius augur,
„ Hoc erat, hoc uotis, inquit, quod ſæpe petiui.

Quæ uerba faciunt, ut penè audeam dicere, Ciceronis uerba, quæ ſunt in ſecundo libro de natura Deorū, ex his

posse interpretari. Nulla, inquit ibi Balbus, perennia seruantur, nulla ex acuminibus. & item in secundo de Diui-
2. Vo.ph. 27.. natione. ex acuminibus quidem, quod totum auspicium
71. militare est, iam M. Marcellus ille quinquies consul totum
2. Vo.ph. 124. omisit, idem imperator, idem augur optimus. hæc auspicia,
72. quæ perennia à Cicerone dicuntur, nulli dubium est, quin ea sint auspicia quædam perpetua, & quasi stata. Sed de his, quæ ex acuminibus ab eodem appellantur, uiri docti dubitant: nec quicquam compertum Crinitus habet. ea fortasse sunt, quæ à Seruio oblatiua nominantur, uel parum diuersa: quòd is, cui oblata erant, ingenij acumine uel ex tempore ea interpretaretur: quemadmodum Æneas illud interpretatur.

Aen. 6.

Vix ea fatus erat, geminæ quum forte columbæ
Ipsa sub ora uiri cœlo Venere uolantes,
Et uiridi sedere solo. tum maximus heros
Maternas agnoscit aues, lætusq; precatur.

Hoc etiam auspicium Cicero militare appellat; propterea quòd (ut par est arbitrari) Imperatores uel in itinere, uel ubicunque essent, quando auspicium erat oblatum, auspicabantur. non enim poterant illi in tam breui tempore, quemadmodum augures urbani, adhibere, qui diceret, silentium sibi esse uideri, uel etiam lituo regiones dirigere. hinc Marcellus, ne huiusmodi auspicijs impediretur, lectica operta iter facere solebat. Pier. eodem ingenij acumine his perquirendis mihi usus esse uideris. Cor. uereor tamen, ne hetrusca quidam calumnientur me uel auspicio coacto usum, uel tabernaculum uitio cepisse. Eg. ab hetruscis ego potius, quàm à te hac in re stabo. Cor. at ego non contendã. Pier. uiderint hetrusca. Tu uerbum illud imperiosum, & impor-

tunum perge explicare, si quid habes, quod his addas, quæ sunt dicta. Cor. Nihil equidem habeo, quod me magnopere moueat, nisi quis libro secundo academicarũ quæstionum 2. Vo.ph.
malit imperatum, quàm impetratum legere: quanquàm nõ 13.
me fugit, ab alijs impertitum, ab alijs intestinum scribi. 73.
Quare quum tam uariæ sint lectiones, liberum sit cuique, quam uelit sequi. nos institutam rationem persequamur. Pier. in eodẽ Verrinæ loco nescioquid aliud præterea mu 1. Vol. or.
tasti. Cor. penè exciderat. post uerbum, quod tu imperio- 96..
sum, & importunum uocas, distinximus. omen uerò à Pe 74.
diano accepimus. Sed quum magistratus quidam, forte censores, quibus id erat curæ, patres conscriptos è Senatu mouissent, nos nostro, ut dicitur, Marte curauimus, ut ij & in Senatum redirent, et id, quod Verres Dolabellæ exem plo petebat, propter omen probarent. Pier. miror non esse id animaduersum ab ijs, qui tanto studio officinas librarias nuper in Germania instituerunt, quum præsertim paulò ante scribat, Verrem in Senatu id dixisse. Cor. nõ omnia possumus omnes, inquit, poëta. Pier. opportune à te poë- tæ est facta mentio. modo enim mecum cogitabam num Virgilianus ager ita esset prorsus immunis, ut nullum sol ueret uectigal. nihil enim adhuc est à te relatum, quod in eo agro sit exactum. Cor. sim ego longe omnium impro- bissimus, si uel nummum ex eo agro exigam, quem tu, & Petrus Bembus V. C. ita sortiti estis, ut tu in consito, & consepto, ille in compascuo, & paulò remotiori quæstor sit: cui etiam Terentianus ager est attributus, Hermolao Barbaro, & Pomponio Læto consulibus. itaque ego non sum ausus prouincias alienas ingredi, & si ita uicinæ sunt, ut sæpe, quod usu uenire solet, controuersia de finibus

nascatur, est enim sæpe dubium, ager ille, qui sit prope fines, Lucanus sit, an Apulus, ut inquit ille. huiusmodi controuersia fuit inter superiores quæstores de illo carmine, quod de die natali inscribitur. nos uero ex eo nescioquid exegimus quidem, sed illud admodum exiguum. quod ob id tantum fecimus, ne, si quid iuris nobis in eo esset, de eo penitus decessisse uideremur. illud est.

De die natali. " *Prosper ut is semper redeat, natiq; quotannis*
" *Asmenidæ referant alacres sua munera nati.*

75 *Qui sint Asmenidæ, si quis me docuerit, illi ego magnã habebo gratiam. interea si, Ismenidæ, legatur, erit nomen ab Ismenio, qui, autore Plinio, est amnis Boeotiæ, ductum; & Mantuani intelligentur esse, qui ab ocno Manthus Thebanæ filio originem habent. Principium hic uerbi sic est mutatum, ut finis apud Gellium, quum inquit.*

Li. I. ca. 5. 76 " *Demosthenem traditum est uestitu, cæteroq; cultu corporis nitido, uenustoq;, nimisq; accurato fuisse. hinc etiam " κόμψα illa χλανὶς, καὶ μαλακοὶ χιτωνίσκοι ab æmulis, " aduersarijsq; probro datum. defendant grammatici, si possunt, id latine dictum. nos, data, ex libro manu scripto legendum contendimus, idq; simili figura dicendi, atq; illa* De legi. I. *Ciceronis est. Societas, æquitas, iustitia expetenda sunt. Itẽ* De finib. 5. *affectiones, usus q; apta. dixit & Tacitus, iustitiam, & cle*Lib. 12 *mentiam ignoratiora. Sed quoniam in figuras huiusmodi incidimus: paucas quædam, quæ nescio an grammatici uiderint, notanda censeo; idq; in primis, quod Plancus ad* Fam. pi. 10. *Ciceronem scribit. amor tuus, ac iudicium de me utrum " mihi plus dignitatis in perpetuum, an uoluptatis quotidie* De legib. I. " *sit allaturus, non facile dixerim. huic simile est illud Ciceronis. Lucus quidem ille, & hæc Arpinatium quercus*

" agnoſcitur, ſæpe à me lectus in Mario. ſic etiam Hora=
tius loquitur.

" O noctes, cœnæq; Deum; quibus ipſe, meiq; Li.2.ſat.6.
" Ante larem proprium ueſcor.

Dixit & Gellius, uim & arma intuendam. necnon & Liuius de Anco, & fœciali ſcribens. ego, populusq; Romanus indico. Figuram uerò, quam ſeptimam ſyllepſin uocant, non uitat Cicero, ut quidem exiſtimant; ſed ea utitur, quoties occurrit locus: ut in primo Tuſculanarum libro. uadit in carcerem, & in ſcyphum. uerbum enim ad utrunq; accommodatur, quod eſt alterius proprium. eodem etiam modo illud eſt dictum. eſcas, aut potationibus ueſcuntur. & item illud. Epeirum, aut Cyzicum, aut aliud quid ſequemur. item. ex eius ſpolijs ſibi torquem, & cognomen induit. dicerent etiam fortaſſe grammatici hoc aliter. Fatũ fuit claſſes, alteram naufragio, alteram depreſſam interire. nam mallent illi patrio caſu uti in eo, quod totum illi uocant. Pier. Quid eſt aliud ingredi prouincias alienas, ſi hoc non eſt? Cor. at, ſi Quæſtores in his fuerunt negligentes, ferendum non fuit, ut noſtra Reſp. id damni pateretur. Pier. recte dicis: Sed neſcio quo modo fiat, ut nummi prouinciæ tuæ mihi magis placeant. Cor. hunc ergo accipe rudem illũ quidem, aſperumq;, ac uix ſignatum. ſed quẽ facile, duabus literis in ſuum locum retractis, politum, leuẽ, inſignitumq; facere poſſimus. non ingenerantur homini=
" bus mores tam à ſtirpe generis, ac ſeminis, q̃ ex his rebus,
" quæ ab ipſa natura bonis, et uitæ conſuetudine ſuppeditantur; quibus alimur, & uiuimus. Pier. iam mihi uideor coniectura aſſequi, ubi ſint hæ literæ, quibus in ſuum locum reductis, hunc nummum quaſi ſignatum iri dixiſt

De na. deo. 2.
Att. lib. 3.
De finib. 2.
De diui. 2.
2. V. or. 85.
77

Cor. ubi sunt igitur? Pier. in bonis. Cor. animi'ne? Pier. nec animi, nec corporis. Cor. fortunæ igitur. Sed extra iocum. uerum dicis. Si enim ex bonis, nobis facias, nihil sit opus ἀστερίσκον apponere. quin nec aliter legi posse docent etiam uerba, alimur, & uiuimus. hæc tamen ratio relatu facilis ui deri potest; illa paulò difficilior, quæ est in oratione ad Quirites post reditum, ad hunc modum. reductus sum;

2. Vo. or. 200. 78. " quum is inimicus, qui ad meam perniciem uocem suam cō" munibus hostibus præbuisset, si ritu duntaxat uiueret, re" quidem infra omnes mortuos amandatus esset. spiritu, qui hic non legat, sit Hercule dignus, qui illo careat. Hic p̄ litera à librarijs est omissa; in oratione de prouincijs consularibus t in r sibi proximam in multis libris est conuersa:

3. Vo. or. 72. 79. " Belluæ tam immani, tamq; terræ possunt ulli esse amici. tetræ, uera lectio. & sanè Cicero ipse alibi etiam belluam immanem, & tetram uocat. Nunc uidebor nimis audax, si ex idemq;, fecero, is esse, uel idem esse. & tamen, nisi ita fiat, neque sententia constabit, neque sermonis latini elegantia. Quis enim unquàm ita locutus est, ut scriptum est uulgo in oratione in L. Pisonem? Consulem tu te fuisse pu

3. Vo. or. 85. 80. " tas? cuius in imperio, qui Remp. Senatus autoritate serua" rat, idemq; in Italia: qui omneis omnium gentium partes" tribus triumphis deuinxerat, is se in publico tutò statuit es" se non posse. Si uerò scribatur, is esse, uel, idem esse, ut dixi, omnia constabunt; & duo dicentur; & Ciceronem, qui Remp. Senatus autoritate seruarat, in exilium extra Italiam eiectum fuisse: & Pompeium, qui de tribus orbis partibus triumpharat, esse in publico per Clodium tutò non potuisse: ut ex historia clarum est. Illa quoque clausula in Miloniana sic scribenda est, quoquo modo sit passim de=

" scripta. Quid si, ut ille sciuit Milonem fore eo die in uia, 3. Vo. CI
" sic Clodium Milo ne suspicari quidem potuit? hæc quasi IIC.
annominatio de Milone fecit, ut in mentem ueniret Plau- 81.
tinum carmen. Pier. ne sim, nisi id de industria facis, ut te in aliquem Plautinum locum, quasi è nauigatione longa in aliquem portum recipias. nec illud quidem nobis ingratum est. rerũ. n. uarietas audientium animos maxime oblectare solet. Cor. illud est ex Meen.
" =fri, Sce.2.
" Vel mane etiam mille passum commoratus cantharum. 82.
Molle passum requirit cantharus. Pier. tam citò à cantharo his caloribus? Cor. non sum ego Silenus,
" Cui grauis attrita pendebat cantharus ansa,
Sed homo siccus quum ferè semper, tum uerò multò magis his, quos dicis calores; quibus me uel contra leges rationem referre cogitis. Eg. qui, malum, contra leges? quas tandem? Cor. Iuliam præsertim; qua relinquere rationes in prouincia necesse est. Eg. adde, easdemq́; totidem uerbis referre ad ærarium. Cor. nunc memini. Sic etiam L. Mescinius Rufus Ciceronis Quæstor retulit: ad quem postea Cicero sic scripsit. etenim quum esset maior & uirorum
" & Ciuium bonorum, & iucundorum hominum, et aman- Fam. 77.
" tium mei copia; tamen erat nemo, qui cum essem libentius, 83.
" quàm tecum; & pauci quibus cum essem æque libenter.
" hoc uero tempore, & quæ sequuntur. non autem, ut nũc passim describitur. Videntur hæc quidem Leuia, quæ nunc persequimur; sed sunt tamen tanti, ut sæpe quasi uiam legenti obsepiant, nisi euellantur: quale illud uideri possit, quod est in Philippica Ciceronis octaua. Interfectus est 3. Vo. or.
" Gracchus, & M. Fuluius consulares. Hæc uerba si diligẽs 217.
84.

lector legat, non possit non hærere; quòd uideat Gracchū
consularem appellari, qui Tribunus plebis fuerit. Quòd si
consularis legatur, ut legendum ex Plutarcho in Graccho
rum uita censeo; nihil iam habeat, quo minus possit progre-
di. sic enim scribit Plutarchus. Opimius C. Gracchum, &
Fuluium Flaccum, quorum alter consularis, & triumpha-
lis, alter suæ ætatis uirtute, & gloria princeps fuit, indē-
natos occidit. eadem litera eundem locum occupauit apud
Scæ. 17. *Plautum in his uersibus in Milite.*
85 *Alium alio pacto propter amorem nesciam*
Fecisse multa nequiter, uerear magis
Me amoris caussa cum hoc ornatu incedere.
Vti, ni sciam, legendum cæcus etiam uidere potest. Sed
iam uocalem istam improbam mittamus, & ad alias lite-
ras aggrediamur. l & r sunt inter se quasi inimicæ;
hincq; fit, ut altera alteram sæpe possessione pellat: uel, si
ita magis placet, sunt amicæ, ob idq; altera alteri sæpissi-
me ita loco cedit, præsertim balbis legentibus, aut etiā scri-
bentibus, ut nescias aliquando tibi utra sit scribenda; ut re-
1. Vo. or. 165. *or factum in Verrina quinta in his uerbis. Nā per Deos*
86 *immortales, quod de capite ipsi dempsit, quo tandem mo-*
do ferendum, uerum etiam animaduertendum uidetur? Vt
enim passim sic legitur, qui tamen paulò accuratius rem
considerabit, cognoscet profectò ille, uel etiam non, uerum
etiam, esse scribendum: nisi maluerit superius membrum
hoc modo legere. Quomodo tandē non modo ferendū. quā
lectionem æque libenter ego admittam, ut negatio ita sit
Fam. 1. 24. *hoc loco omissa, quemadmodum in ea Cæly epistola*
87 *ad Ciceronem. Exanimatus sum tuis literis, quibus te ni-*
hil nisi triste cogitare ostendisti: neque id quid esset per-

scripsisti: non tamen quale esset, quod cogitares aperuisti. Si ita legatur, totum sit contrarium epistolæ Ciceronis, quæ libro secundo huic respondet; in qua sic Cicero. Quare acciderit, ut ex meis superioribus literis id suspicarere, quod scribis, nescio. credebat enim Cælius Ciceronem non scripsisse, sed aperuisse, quid cogitaret. itaq; legendum est. neque non tamen quale esset, quod cogitares, aperuisti. Quid multa? ex altero exemplo, quod est in epistolis ad Atticum, negatio illa huc transferri potest. Sed illud me magis torquet, quod est in sequenti epistola, irritaui in me Catonem. ut nihil dicam, quòd aliqui legunt, Cæsarem, uel Crabrones, uel hanc literam C. pro Catone reponant, sunt etiam libri manu scripti, in quibus loco primi uerbi scriptũ est: arruntauer: in alijs aruntaui, in alijs arũcarum. Quæ uerba, uel potius quæ portenta quum lego, ita perturbor, ut nesciã, quò me uertam. Verum quoniam historia est lux ueritatis, uideamus, quæso, an hæc lux possit istas tenebras quasi expellere. ea est huiusmodi. ijsdem temporibus, quibus Pompeius ad Dyrrachium, Cæsar ad flumen Apsũm castra habebant, Romæ M. Cælius Rufus prætor causam debitorum suscepit, & siquis appellasset de æstimatione, & de solutionibus, fore auxilio pollicitus est. Sed tanta fuit C. Trebonij æquitas, ut qui hoc postularit, repertus sit nemo. atq; ipsis, ad quorũ commodum pertinebat, durior inuentus est Cælius: & ab hoc profectus initio, ne frustra ingressus turpem causam uideretur, legem promulgauit, ut sexies seni dies sine usuris creditæ pecuniæ soluerentur. Quum resisteret Seruilius consul, ad excitanda hominum studia, sublata priore lege, duas promulgauit,

Fam. 2. 6. (right margin, beside line 5)
Att. 1. 63. (right margin, beside line 11)
Fam. 1. 25. (right margin, beside line 14)
88

" unam; qua mercedes habitationum conductoribus dona=
" uit; aliam tabularum nouarum: impetuq; multitudinis in
" C.Trebonium facto & nonnullis uulneratis, eum de tri=
" bunali deturbauit. de quibus rebus Seruilius consul ad Se=
" natum retulit. Senatusq; Cælium ab Rep. remouendū cen
" suit. hoc decreto eum consul Senatu prohibuit, & conciona
" ri conantem de rostris deduxit. hæc à me iam pridem hu
ius loci causa memoriæ mandata ex Cæsare eò sunt plu=
ribus relata, quòd hæc epistola penè tota ex his interpreta=
ri potest; præter ea tamen uerba, quæ paulò ante sunt à
me recitata, quæ omnino sunt obscuriora, quàm ut à quo=
libet intelligi possint. fuit tamen, quum ego ita legebam. ir=
ritaui in me C. Trebonium, postea tot literarum & muta
tio, et accessio me ab ea opinione deterruerunt. cœpi itaq;
mecum cogitare, num forte ita legi posset. Isauricus (co=
gnomen est id Seruilij) in me Cato est. Sed nec ista lectio
me quidem multum delectauit. Certe Cælius M. Catonē,
qui eo tempore erat cum Pompeio, irritare in se non pote=
rat. Trebonium uerò, & Seruilium ut irritauerit, iam ex
historia patuit. Quare necesse est eorum hic alter significe
tur; atque id ipsum fortasse per notam; quæ sit in Cato
ne, quem pro Seruilio, meo quidem iudicio, ponat. Catonē
enim Seruilius imitabatur, ut ad Atticum scribens, testa=
Att.23. tur Cicero his uerbis. Quòd Sicyonij te lædunt, Catoni, et
eius æmulatori attribuas Seruilio. erat eo tempore consul
Seruilius cum Iulio Cæsare: unde Cicero ad eum scribēs,
Fam.228. dixit. freti clementia collegæ tui. hoc est, Cæsaris, debebāt
89. exponere interpretes: Qui negligentes item fuerunt in
ambitu uerborum, quæ in epistolis Asinii Pollionis ad Ci
ceronem hoc modo leguntur. Sed præter furta, & rapi=

nas, &

„ nas, & uirgis cæsos socios, hæc quoque fecit, ut ipse Fam. 164.
„ gloriari solet, eadem, quæ C. Cesar Ludis, quos Gadi= 90.
„ bus fecit ex hac distinctione lector eò adducatur, ut credat Cæsarem Gadibus etiam, si Dijs placet, ludos fecisse: Quod quàm uerum sit, uiderint interpretes, & librarij qui ita descripserunt. nos ita distinguimus. Sed præter fur
„ ta, & rapinas, & uirgis cæsos socios, hæc quoque fecit,
„ ut ipse gloriari solet, eadem, quæ C. Cæsar. Ludis, quos
„ Gadibus fecit, Herennium Gallum histrionem summo lu=
„ dorum die annulo aureo donauit; in quartum decimum sessum deduxit. & ita imitatus est Cæsarem, qui, autore Tranquillo, ludis Decium Laberium quingentis sestertijs, & annulo aureo donauit, et sessum in quatuordecim scam na per orchestram transmisit. hinc dixit Pollio. Balbus eadem fecit, quæ C. Cæsar: sed Cesar Romæ, ille Gadibus. Quæ sunt superius à me portenta appellata, ea uerè portenta non erant, hoc, quod nunc monstrum uoco, uerè est monstrum. est enim Minotaurus: de quo uideo doctissi= Fam. 198.
mos quosque ambigere; quòd non intelligant, quis hic esset 91.
Minotaurus. quin uerba, quibus Cicero quasi exponit id ipsum, uidentur quibusdam monstro ipso monstruosiora. Cæterum historia, quæ, ut supra dixi, est ueritatis lux, hoc ipsum illuminabit. ea autem ita habet. C. Caluisius Africæ præfuerat, quumque ad finem magistratus peruenisset, Ro 3. VO. or.
mam uenerat, sed quasi diuinans, inquit Cicero, se reditu= 188.
rum, duos legatos Vticæ reliquerat: itaque Cicero Cornifi
„ cio ea scribit. magna Senatus approbatio consecuta est cũ
„ summo gaudio, & offensione Minotauri, idest Caluisii, & Tauri. de Caluisio dictum est. de Tauro & si nihil certi habeo, quod in medium afferam, quia tamen ijsdem tempo

ribus uixit, illum quoque Africæ uel legatum uel præ=
torem præfuisse suspicari possimus. legimus enim apud
Appianum, Octauio Cæsare Imperatore, Cornificium,
Caluisium, & Taurum classibus præfuisse. Pier. nisi tu
istam continentem, & perpetuam relationem aliquando
tandem intermittas, non potero ego nec nummos enume=
rare, nec uerba consequi. Cor. ego uerò etiam, si placet,
omittam. Eg. omitte, si id saluo officio facere potes. Cor.
possum, si me lege soluas. Eg. tum demum soluam, quũ
tu promissa solueris. Cor. Nunc illud soluo. progressus
a. 169. „ sum, inquit Decimus Brutus; ad Transalpinos cum exerci
92. „ tu, non tam nomen captans imperatorium, quàm cupiens
militibus satisfacere. inalpinos, de quibus meminit Plini=
us, malunt quidam reponere. Nos, si in suum ordinẽ per
tempora epistolæ essent digestæ, iusto etiam sacramento
contenderemus, neutram lectionem esse recipiendam, quũ
paulò post uideamus alias literas ex castris Regij esse da
tas: quæ ciuitas quantum ab alpibus distet, nos optime sci
mus, qui in ea sumus educati. nunc itaq; sit satis admo=
nuisse, in ueteribus libris ita legi. progressus sum ad ami=
cum exercitum: in alijs, ad Cisalpinos: quã lectionem ego
magis probo. Pier. expendendus erit hic nummus, & accu
rate spectandus. nam uereor, ut sit bonus satis. sonus qui=
dem certe minus placet. Cor. alius dabitur atq; hunc tu ex
lancibus, spectatione, sono, heraclioq; etiam lapide, si libet,
explora. hic in epistolis Ciceronis ad Q. fratrem signatus
est. ubi syllaba principio uerbi adiecta totam sententiam
contrariam facit, atq; Cicero ipse uolebat. ea autem est, in,
Fr. 301 apposita ante exorabilem his uerbis. in literis mittendis (ut
93. „ sæpe ad te scripsi) nimium te exorabitem præbuisti. unde

„ ſtatim ſubiungit. tolle omnes, ſi potes, iniquas: tolle inuſita
tas: tolle contrarias. id quod non fuiſſet neceſſe, ſi ſe Q.
Cicero nimium inexorabilem, ut deſcriptum eſt, præbuiſ=
ſet. ea de re etiam in prima epiſtola hoc modo illum ad=
„ monuerat. ſit annulus tuus, non ut uas aliquod, ſed tan
„ quàm ipſe tu: non miniſter alienæ uoluntatis, ſed teſtis Q.Fr.292.
tuæ. teſtatur præterea alibi Cicero literarum miſſarum Q.Fr.300.
in Q. fratre negligentiã à ſe reprehẽſam. ad hũc nummũ
illa fiat acceſſio, uideri nobis ad eundem ſic legendum. Lu Q.Fr.313.
„ men etiam apud Anitium uidebimus, ut paratum ſit, ubi 94.
nos, etiam, reponimus, eſſe legitur. forte, ẽt, ſcri=
ptum fuerit, & librarij, eẽ, deſcripſerint. lumine
autem multo Marius delectabatur. unde ad ipſum ſcri= Fam.94.
bit, Stabianum perforaſſe, & patefeciſſe Seianum. eſt
quoque uidendum, num libro ad eundem tertio illa
„ omnia ita ſint corrigenda. Quòd me hortaris, ut abſol= Q.fr.328.
„ uam, habeo abſolutum ſuaue (ut mihi quidem uidetur) 95.
„ ἔπος ad Cæſarem; ſed quæro locupletem tabellarium, ne
„ accidat, quod Erigonæ tuæ; cui ſoli, Cæſare imperato=
„ re iter ex Gallia tutum non fuit. nam & libri quidam
adhuc retinent hæc uerba ferè omnia, ſed perturbata; &
de fabula Erigones, ante etiam queritur eam quaſi in=
terceptam ab Appio fuiſſe, certe ſibi ab eo non eſſe
redditam, quum Romam perferendam à Q. Cicero=
ne accepiſſet, ſic ſcribens. in quarta epiſtola nihil ſanè
„ erat noui, præter Erigonam, quam ſi ab Appio ac= Q.Fr.320.
„ cepero, ſcribam ad te, quid ſentiam: nec dubito, quin
„ mihi placitura ſit. Iam, quando iamdudum in epiſto-
lis ad Q. fratrem uerſamur, addamus & illud tan= Q.fr.328.
„ quàm corollariũ. Mater Porcia nõ diſceſſit, ſine qua eda= 96.

" citatem pueri pertimeſco. Quis neſcit uxorem Q. Cice-
ronis fuiſſe Pomponiam Pomponii Attici ſororem? Quid
eſt igitur, quam ob rem eam hoc loco Porciam uocat? confi
teor ingenue me neſcire, niſi Pomponia etiam Porcia ſit
appellata, uel legatur Pomponia, uel certe Porcia Ciceronis
pueri fuerit nutrix; cui id eſſet curæ, ne puer nimium ede-
ret: quæ cura planè nutricis potius, quàm matris eſſe ſolet:
& nutrix non minus à ſcriptoribus, quàm à pueris mater
ſolet appellari, ut à Plauto in Men.

prologo " Mercator quidam fuit ſyracuſis ſenex:
" Ei ſunt nati filij duo gemini
" Ita ſimili forma pueri, ut mater ſua
" Non internoſſe poſſet, quæ mammam dabat;
" Neque adeo mater ipſa, quæ pepererat.

Quem poëtarum, & ſcriptorum morem ſi ſcirent interpre
tes, ſcirent quoque, quare Polydorus Ilionam, quæ ſit ſo-
ror, ſic matrem appellet.

Vo. ph. 11. " Mater te appello, tu quæ curam ſomno ſuſpenſo leuas;
97. " Neque te mei miſeret, ſurge & ſepeli natum.

Quam enim unus ut matrem habuerat, eam quoq; iam
mortuus matrem uocat. quam rem pluribus perſequitur
& Hyginus in fabulis, & Acron, dum illa carmina
Horatij interpretatur,

b. Sat. 2. " Non magis audierit, quàm Fuſius ebrius olim,
" Quum Ilionam edormit; Catienis mille ducentis,
" Mater te appello clamantibus.

eam fabulam fecit M. Pacuuius; in qua hæc dicebantur,
& illa Polydorum ut filium agnoſcebat: unde Cicero li-
Vo. ph. bro academicorum quæſtionum ſecundo ita ſcribit. Quid
Iliona ſomno illo? Mater te appello, non'ne illa credit filiũ

locutum, ut uerè experrecta etiam crederet? Eg. si nummos huiusmodi proferas, næ tu dignus sis, cui prouincia prorogetur. Cor. natura comparatum est, ut res, aliæ aliter & nascantur, & habeant. sic nummi sunt alii boni, alii deterioris notæ: sunt item magni nonnulli, multò plures parui, sed omnes ferè rotundi: iiq; tales omnibus locis exiguntur. ita fit, ut necesse sit eum, qui pensionem soluat ex omni genere nummos repræsentare. quod etsi nihil refert, quòd ad summam attinet, quoniam exæquatur numero, quod pondere, & magnitudine perfici non potest; solet tamen creditori, uel ei, qui pecuniam scribit, nummus unus magnus esse gratior, quàm plures minuti, qui idem habeant pretium. Tu quoque, si quid probi nummi à me promitur statim illud arripis: si uerò sit paulò secus, non spernis tu quidem illud, quæ tua est humanitas, sed non æque libenter accipis. qua in re aures religiosas, & tuum acre iudicium agnosco; qui minima quæque non aures, sicut nec generosus ille tuus elephas murem capit. Nos tamen, quoniam ita nostra ratio postulat, non uerebimur assem illum etiam porrigere. alter is, qui nos sibi Att. 156.
" quondam ad pedes stratos ne subleuabat quidem; qui se 98
" nihil contra huius uoluntatem aiebat facere posse, ela-
" psus è soceri manibus, ac ferro, bellum terra, & mari comparat. Quid hic mutatum sit, uos iam cognoscatis, & cognoscet quicunque hanc lectionem cum uulgata contulerit. Pier. assem quidem dedisti, ut dixeras, sed non eum, qui sit reiiciendus. Cor. quoniam nihil reiiciatis, quamuis exiguum, ero adhuc impudentior. do Terentium, qui exactus est ex iisdem ad Attiacum episto= Att. 160.
" lis. nullo enim modo posse uideo stare istum diutius; 99.

,, *quin ipse per se, etiam languentibus nobis, concidat. quip-*
,, *pe qui florens, ac nouus primis diebus ipsi illi egenti, ac*
,, *perditæ multitudini in acerbissimum odium uenerit; qui*
,, *duarum rerum simulationem tam citò amiserit. ueniret*
passim, non uenerit legitur, ut de reliquis sileam. his
accedat, quod sæpe fit litera ex eo, sic dicam, interuallo,
quod à librariis inter uerba inseritur, ut ea seiungat; quũ
præsertim non est satis depressum. nulla tamen litera est,
quæ ex eo facilius nascatur q̃ i, l, & t: quæ ultima mihi ui
detur nata in eo uerbo, quod in epistolis ad eũdẽ Atticũ
Att. 169. ,, *ita legitur. ego autem, quia scripseras te proficisci cogitare*
100. ,, *(etenim audierã nemini taliter licere) et eò te habere cense*
,, *bam; & quia à pueris diploma sumpseras. aliter, q̃ taliter*
uerbum magis esset Ciceronianum, & sententiæ magis
aptum: quasi ita dicat. Quia scripseras te proficisci co
gitare, eò censebam te habere diploma, quoniam audie-
ram nemini aliter licere, hoc est, sine diplomate pro-
ficisci. Sic etiam soleo legere illa uerba ad eundem. de
Att. 248. ,, *meo itinere uariæ sententiæ. multi enim ad me. sed tu*
101. ,, *incumbe, quæso, in eam curam. magna res est: an pro*
,, *bas, si ad calend. Ianua. cogitamus? meus animus est*
,, *æquus, sic tamen: ut nihil offensionis sit. & tu etiam*
,, *scribe, quo die olympia, quo mysteria saliceet, ut scies.*
,, *item paulò post. rescripsi saliceet primum me iam pro-*
Att. 249. ,, *fectum, ut integrum non sit; deinde* ἀτοπώτατον
102. ,, *esse me, qui Romam omnino post hæc arma non ac-*
,, *cesserim, neque id tam periculi mei causa fecerim,*
,, *quàm dignitatis; subito ad ludos uenire. hæc omnia*
nisi ita legantur, nec sensus, nec elegantia latina ap-

parebit. si qui tamen erunt, qui hoc audaciæ, & quasi temeritatis plenum iudicent, uideant ipsi: si sciuis legi, aut intelligi possit; & ego nullam dicam causam, quin in eorum sententiam pedibus eam. in primo quoque academicarum quæstionum libro si quis paulò acutius inspiciat, ita illa uerba legat. Aristo-
" teles primus species, quas paulo ante dixi, labefactauit. Sermo enim omnino uarroni est dandus, qui semper postea loquitur. at hæc nullo ex scripto probantur. quasi uerò magis sit credendum libro pueri alicuius manu scripto, quàm uirorum ingenijs, qui in literis ætatem egerint. Quoniam tamen uideo ea demum, nescio quo modo, uera iudicari, quæ de uetere libro sint descripta, non fugiam etiam hunc laborem; proponamq; ea, quæ ego descripserim: uos, quod placuerit, si modo quid placuerit, ita uelim accipiatis, ut reliqua ne aspernemini. referam igitur totidem uerbis, quoniam ita iubet lex Iulia. In princi-
" pio Tusculanarum quæstionum sic scriptum est. Iam
" illa, quæ natura, non literis assecuti sunt, neque cum
" Græcis, neque ulla cum gente sunt conferenda. Pier. nihil hic mutatum uideo. Cor. uerum dicis in tuo libro, sed in alijs pro Græcis Græcia legitur. nec ita
" multò post. Sed hæc, quæ dixi, cor, sanguinem, cere- 1. Vo.ph. 152.
" brum, animam, ignem uulgo, reliqua ferè singuli, ut 103.
multi ante ueteres. librarij hoc loco totum sanguinem 1. Vo.ph.
miserant, sicut totum penè corpus inferius sustulerant. 156.
" Nũ igitur dubitamus, an sicut pleraq; sub dubitatione ac- 104.
cipimus, sic & hæc? ijdẽ quoq;, ut pote oĩs infitionis im-

Tusc. 1. periti, ramos in carmen, tanquàm in arborem perperam inseruerunt; quum ex latinitate, & libris ueteribus rami sint hoc modo inserendi.

" Rami bacarum ubertate incuruescere.

Pier. in Aldinis ita legitur. Cor. ego non uideram: nam Germanos sum secutus. Pier. Quæ sit hic latinitas, quæ id requirat? Cor. non intermittunt rami bacarum ubertate incuruescere. Pier. dici aliter non potest. Cor. Quòd mecum sentias, id ego te amo, eoq; magis, quòd animos addis. Pier. ni dubitem interpellare, faciam id sæpius. Cor. tu uerò interpelles, uelim. quid enim gratius mihi hac interpellatione esse poterit? Pier. morem geram; quando dabitur occasio: nunc sequere. Cor. nos, inquit Cicero, qui

Tusc. 1. " sumus, num, aut si cornibus caremus, aut pennis, sit, qui id

" desideret? certe nemo. si qui id dixerit in plerisq; libris uulgatum est. Pier. huc uidelicet transferenda erit litera, quæ supra ex interuallo facta, superuacanea erat. Cor. ita sanè censeo. sed quid hic dices? trahit Hectorem ad currum,

"

1. Vo. ph. religatum Achilles: lacerari, & sentire, credo, putat. Pier.

161. Quid dicam? nihil mihi mutasse uideris. Cor. atqui nullus

105. liber est à librarijs transcriptus, quem ego uiderim, qui non ita habeat. lacerari eum, & sentire putat. credo ergo hic ulcisatur, ut quidem sibi uidetur. Pier. nunc intelligo. quare uulgata illa lectio alijs placeat; nos tuam sequemur. Cor. caue tamen Pieri, ne, dum mihi morem gerere cupis, ut recepisti, studium, quo me iam, ut intelligo, prosequeris, te decipiat. Pier. amo te equidem Corrade ita, ut uix iam uni Egnatio concedam: sed nullus est tamen amor tantus, qui me possit, mihi crede, à ueritate abducere. Cor. nihil igitur das meis auribus? Pier. nihil. Cor. credo tibi uiro id æta-

tis itaque tuo iudicio contentus, ad reliqua pergo. ad finem primæ scholæ Tusculanæ ita describendum curaui. portum potius paratum nobis, & profugium putemus, quò utinam uelis passis peruehi liceat. sin reflantibus uentis reijciemur, tamen eodem paulò tardius referamur necesse est. nam nec rationem ullam uidetur reddere: & facile fuit è ueteribus libris, in quibus, sin, legitur, si.n. describere. Pier. lectionem utranque tueri possim, sed cedò aliud. Cor. paulò igitur diligentius attende. etenim si orationes, quas nos multitudinis iudicio probari uolebamus (popularis est enim illa facultas, & effectus eloquentiæ est audientium approbatio) sæpe aspernabantur: ex philosophiæ disciplina ignota quid sequi excogitare possimus? sed si reperiebantur nonnulli, & quæ sequuntur. Pier. non sine causa me attentum habere uoluisti, tot uerba reposi turus. Cor. sunt illa decem numero, quæ à librarijs penitus sunt omissa: sine quibus uix apta sit cæterorum constructio. par fuit negligentia in illis uerbis; quæ nos ita descripsimus. uidemus ne ut apud magistros eorum ludorum, qui gymnici nominantur, magnus honos sit, nullum ab his, qui in id certamen descendant, deuitari dolorem? Pier. res digna, cui præcmium tribuatur. Cor. sit illa multò dignior, si quis reperiri possit, qui dolorem, non dico, simulet, ut Marius, non sentire; sed qui prorsus non sentiat; qualem requirit ea indolentia; quam philosophi tantopere laudant: de qua in manu scriptis libris sic Cicero scribit. Minime; inquit, Crantor, assentior ijs, qui istam nescioquam indolentiam magnopere laudant; quæ nec potest ulla esse, nec debet: nec ægroto etiam, inquit, nisi is, qui fuerat, sensus absit;

1. Vo.ph. 174.. 106.

1. Vo.ph. 175.. 107.

1. Vol.ph. 187.. 108.

1. Vol.ph. 192.. 109.

" *siue secetur quid, siue auellatur à corpore. uel, ut in alijs*
" *libris legitur, nec ægrotis est, si is, qui fuerat sensus absit. nisi enim adsit sensus, nemo potest dolere: quum uerò abest, indolentia est quidem, sed non ea, quam philosophi quærebant.* Pier. *argute tu quidem in eam partem. sed quid si, sensus adsit legatur, ut passim, & Aldina lectio defendatur?* Cor. *id ego alijs disputandum relinquo. mihi satis est meo fungi munere. itaque illa addo uerba.*
I. Vo. ph. 225. " *fortis uir in sua* Rep. *cognitus, quæ de iuuenum amore scripsit* Alcæus? *ante quàm libros calamo scriptos*
110. *reperijssem, hic ego hærebam, nec poteram adduci, ut crederem* Remp. Lesbi*cam à* Cic*erone summam, ut passim legitur, appellari. nunc in hac lectione quasi conquiesco.* Pier. *ea enim sic loquar, natiua est.* Cor. *illam quoque arbitror sic à* Ci*cerone scriptam. his autem sunt subtrahendi ij, in quos impetum conantur facere, dum se*
I. Vo. ph. 226. "
111. " *ipsi colligant.* Pier. *quo modo hic uulgo legitur?* Cor. *ei, non ij; atque alibi uerbum illud desideratur.* Pier. *uide* Corrade, *ne ea fuerit ueterum scriptura, qua de nos in nostris uarietatibus libro* Æneidos *tertio plura diximus.* Cor. *fieri potest. Sed illa scriptura & noua est, & falsa, ubi at pro ut scribitur: quem locum, ne*
I. Vo. ph. 226. *sit necesse referre uerba, ad finem quartæ quæstio-*
112. *nis* Tusculanæ *inuenies. Supersunt quidem multa, quæ possent à me dici; sed iam de* Tusculano *in* Sallustianos *hortos propero.* Pier. *quid tandem in his collegisti?*
I. Vo. or. 71. " Cor. *hunc florem.* Legis Plauti*æ iudicia domi faciebatis.* Pier. *cur* Planci*am antiquas, & Plautiam figis?*
113. Cor. *Quoniam & in peruetere libro, quem* Erasmus Burgus *uir lectissimus mihi donauit, sic legitur, &*

Sallustius accusat Ciceronem, tanquàm alios arbitratu suo condemnasset, alios reuocasset; id quod lege Plautia fiebat, ut docet Tranquillus in Cæsare his uerbis. quibusdam reditum in Ciuitatem rogatione Plotia. constat: de qua etiam Gellius meminit. Pier. hunc florem optime odoratus es. Cor. iisdem etiam naribus uestigaui, num libro de legibus primo illa uerba ita
" sint legenda. Sed nobis ista complectenda in hac di= 2. Vo.ph.
" sputatione tota causa uniuersi iuris est, ac legum. Pier. 159.
qui legi aliter potest? Cor. haud equidem scio. sed 114.
tamen, noris, non nobis ubique discribitur. ego uerò mihi non ita placeo, nec ingenio meo tantum tribuo, ut audeam quippiam mutare, nisi habeam, qui id tueri possim. Pier. ut tu taceas, id tuetur ratio. Cor. multò magis id tueri debet. ex his ne, quæ dixit, ti=
" bi Attice uidetur (mihi quidem) ex natura ortum esse 2. Vo.ph.
ius? sic enim uidetur legendum. nam ita respondet At= 163.
" ticus. an mihi aliter uideri possit, quum hæc iam per 115.
" fecta sint? sunt tamen, qui ita scribunt. ex his enim
" quæ dixisti Attico, uidetur mihi quidem ex natura
" ortum esse ius. Pier. illo Attici responsò priorem lectionem mihi magis probas. Cor. spero me item non responso, sed coniectura, illa probaturum; licet ita uarie descripta sint, ut lectorem quamuis peritum remoren=
" tur. Thesius eosdem migrare ex agris, & in astu, quod 2. Vo.ph.
" appellatur, omneis se conferre iussit, & symphradas ex at 170.
ticis dixit. alii Symphreatidas scribere malunt. mihi 116.
neutra lectio satis placet. sed ego Eupatridas, tanquàm in urbem iterum, recipiendos moneo, idque ex Plutarcho, qui in Thesei uita scribit latine ad hunc modum. pri-

mus nobiles,qui sunt Eupatridæ ab eo dicti, seiūxit. Pier. ueram coniecturam,& optimum coniectorem. Cor. quū quid somniaris igitur, ad me deserto. sunt multa præte=
2.Vol. ph. rea in eodem libro , quæ aliter mihi legenda uidentur : ut
170. amœnitate,non amœnitati:ut ita dicat: Thebanus Epiro=
117. tes tuus non concesserit huic Fibreno amœnitate, quam ex Quinto sæpe audio . Illud item . suade igitur, si placet,
2. Vol.ph. „ istam legem,ut ego,uti tu rogas,possim edicere. Pier. ita
174. 118. legis? Cor. quidni:nam ea quoque de re meminit Cicero ad Atticum his uerbis. operæ Clodianæ pontes occupa=
Att.9. „ rant:tabellæ ministrabantur ita,ut nulli daretur,uti rogas. Pier.consuetudinē rogandis legibus fuisse intelligo. Cor.
2. Vol.ph. „ illud quoque est animaduertendum. Tum ebur ex inani
179. corpore extractum,haud satis castum donum Deo . forte
119. non satis castum donum, quòd extractum sit ex imma=ni elephantis corpore,non inani.lex quoq; illa libro tertio ita sit scribenda.ast qui turbassit in agendo, fraus acto=
2. Vol.ph. „ ris esto.nam quum illam Cicero infra interpretatur, ita
186. inquit. Quòd uerò actoris iubeo abesse fraudem, id totū
120. „ dixi ex Crassi sapientissimi hominis sententia. Pier.
2.Vol.phi. 192. quin respondes de iure,qui leges etiam corrigis? Cor. cu=piam id quidem, si possim. sed nescio,ætatis'ne sit hoc,an hominum potius uitium:ut & qui latine sciunt, iura, & qui de iure respondent, locutionem latinam penè despi=ciant. Nam quum ab Egnatio, Alciatoq; discesseris, quem mihi dabis,qui utrunq; præstare possit? Eg. Alciatus qui=dem meus,qui omnium ferè artium rationem comprehen dit,id & alia efficiat; sed nos quid aut didicimus,aut scire possumus,qui ante ad docendum penè, quàm ad discen=dum uenimus? Cor.docebit scilicet alios Pieri,qui ipse ne=

ſciat. Eg. non eſt hoc rationis tuæ. Cor. at eſt officii. Eg.
exequi quidem, quod ingreſſus es. Cor. exequar, ut potero.
& quidem certe officii mentio me ad Ciceronis libros de
officiis uocat; in quorum primo, ex libris quidem calamo
„ ſcriptis, ſic legitur. ſuperioris generis huiuſmodi quæſtio= 3. Vo.ph.
„ nes ſunt. item infrà. indicant xij tabulæ, quæ ſic incipi= 2..
„ unt: aut ſtatutus dies cum hoſte. item poſt. quum uerò de 121.
„ imperio decertatur, belloq; quæritur gloria, cauſas omnino 3. Vol.ph.
„ ſubeſſe tum oportet eaſdem, quas dixi paulò ante iuſtas 8.. 122.
„ cauſas eſſe bellorum. item. ut enim cum ciue ciuiliter con= 3. Vo.ph.
„ tendimus, aliter, ſi eſt inimicus: aliter, ſi eſt competitor: 8..
„ cum altero certamen honoris, et dignitatis eſt; cum altero 123.
„ capitis et famæ: ſic cũ Celtiberis, cum Cimbris bellum ut 3. Vo.ph. 8.
„ cum inimicis gerebamus, uter eſſet, non uter imperaret: 124.
„ cũ Latinis, Sabinis, Samnitibus, Pœnis, Pyrrho de imperio
„ dimicabatur. Pier. tot Ciceronis uerba retuliſti, & nullum
penè addidiſti tuum. Cor. ciuis, qui à librarijs in exilium
fuerat eiectus, non poterat reuocari, niſi tot uerba qua
ſi centuriæ de eius ſalute ſuffragium tuliſſent. ubi uerò tot
ſint Ciceronis uerba, non ſoleo libens mea admiſcere,
ne uidear.

„ =argutos interſtrepere anſer olores.

Illa autem à me ob id referuntur, ut facilius intelligi poſ=
ſit, aut quid deſit, aut quid emendetur. Sed iã ad illa. Quo
„ niam autem uiuitur non cum perfectis hominibus, ſed cum 3. Vol.ph.
„ ijs, in quibus præclare agitur, ſi ſunt ſimulachra uirtutis, 10.
„ etiam hoc intelligendum puto. quid hic ſit mutatum, uide=
bunt, qui uulgatos (excipio Aldinos) conferent libros; &
rem prorſus intelligere uolent, cupiebam hercule in ali=
uo libro, quibuſcum pro in quibus, reperire: ſed quoniam

consequi non potui, quod cupiebam, non sum ausus
mutare. locutio Ciceroniana certe id postulat: quia ta=
» men postulat, non tam flagitat, quàm illud. Non red=
3. Vo.ph. » dere uiro bono, sine iniuria, non licet. nam si, iniu=
10. ria eo ponatur loco, ubi uulgo est descripta, possit facile
125. aliò trahi, atq; sententia postulat. item. hinc Decij, hinc
3. Vo.ph. » Scipio, hinc Cn. & pub. Scipiones. uel, ut est in altero li-
13. » bro: hinc Decij; hinc Cn. & Publij Scipiones. utraque
126. lectio Africanum annumerat, uulgata excludit. Prætereo
3. Vo.ph. illud prudens, aliàs paratiores, aliàs potentiores exercitus
15. legi non ita multò post: & præsenti animo uti, & consi
3. Vo.ph.
16. » lio. hoc notandum iudico. Quum autem omnes non pos=
3. Vo.ph. 47. » sint, ne multi quidem aut iusperiti esse, aut diserti; licet ta=
127. » men opera prodesse multis: beneficia petentem commen=
» dare iudicibus, & magistratibus; inuigilare pro re alteri=
» us, eos ipsos, qui aut consulunt, aut defendunt, rogando.
Pier. uere nunc ratiocinatores imitatus es, qui summam
satis grandem nunc addendo, nunc deducendo feceris,
atque id ipsum notis quibusdam, & numeris, atque adeo
uerbo illo, item, quod ratiocinatorum nunc est maxime
proprium. itaque nos ea, quasi per transennam prætereun
tes uidimus. Cor. non credo te illa in tabulas relaturum,
nisi prius diligenter inspexeris. quare nihil fuit opus dila=
tare, aut explicare, quæ sit alter cum libris collaturus. hoc
3. Vo.ph. quidem, quod est in Catone, etiam sine libro accipies.
82. » Quid enim est iucundius senectute stipata studijs iuuen
128. » tutis? an ne eas quidem uires senectuti relinquemus, ut
» adolescentulos doceat, instituat, ad omne officii munus in
struat? Librarij eadem de re à Catone dissentiunt. Pier.
Qui? Cor. hic suas uires tribuit senectuti, idq; disputat in

ea partitione: illi res quidem relinquunt, ſed vires demunt;
quas nos reſtituimus. Pier. *Nos, qui ſumus ſenes, tibi debe-*
mus. Cor. *multò plus ego uobis ſed hæc aliàs. nunc illa ſic*
" *emendemus. Quorſum hæc? ut intelligatis, ſi uoluptatem* 3. Vo.ph.
" *aſpernari ratione, & ſapientia non poſſemus, ma-* 85.
" *gnam habendam, eſſe ſenectuti gratiam, quæ efficę-* 129.
" *ret, ut non liberet, quod non oportet. legimus quoque M.*
Curium, non Marium Curium tam in Catone, quàm 3. Vo.ph.
in Lælio: &, cæreo, non crebro, ubi de C. Duillo me- 86.
minit. quam lectionem ueram eſſe, Valerius etiam Ma- 130.
ximus oſtendit, qui non hiſtoriam ſolum, ſed uerba Ca.6.lib.3
etiam ex Cicerone ſolet transferre. Nunc quoque
uideamus utra duarum lectionum magis placeat. de
uulgata nihil dico, quia eſt nota. hæc ita habet. Mul-
" *tas ad res perutiles Xenophontis libri ſunt; quos le-* 3. Vo.ph.
" *gite, quæſo ſtudioſe, ut ſaatis, quàm copioſe ab eo* 89.
" *agricultura laudatur in eo libro, qui eſt de tuenda re fa-* 131.
" *miliari, qui œconomicus inſcribitur, atque ut intelli-*
" *gatis, nihil ei tam regale uideri, quàm ſtudium agri-*
" *colendi. illud uerbum, intelligatis, ita coniunctum*
" *uidetur quaſi poſtulare, ut ſaatis, legatur. ſed utrouis*
modo, ſiue ſaatis, ſiue faatis, legas; uidetur hinc Att.294.
factum, ut Africanus, tanquam Catoni iam mortuo
quoque pareret, Xenophontis libros de manibus ponere
non ſoleret, ut idem Cicero ad Q. fratrem ſcribit: ſi
modo ille erat Africanus poſterior, ut ex coniectura ta-
men, & ex his item uerbis colligi poteſt. Iam quis le-
ctionem hanc non laudet? ut quiſq; ætate antecedit, 3. Vo.ph.
" *ita ſententiæ principatum tenet. antecellit tamen, qui* 90.
Ciceroniani uolunt dici, ad hunc diem ſcribunt, nec 132.

3.Vol.phi. 93. uident, nihil minus Ciceronianum esse. Illud non spero me probare posse, in eodem Catone. spirauisse animos in corpora, non sparsisse, legendum; etsi illud proprium, hoc trãslatum est; & in ueteribus libris ita legitur. hoc equidem, 3.Vol.phi. 93.. 133. „ uel iniquo iudice, probabo. Nec enim, dum eram uobiscum, „ animum meum uidebatis, sed eum esse in hoc corpore ex „ his rebus, quas gerebam, intelligebatis. Pier. animum corpori reddidisti. Cor. caue, quæso, pro eo, quanti me facis, ne id dicas, ne me Iupiter nouum aliquẽ Prometheũ esse credat, & huc Mercurium, & Vulcanum cum aquila allegat. sed ualeat iste Iupiter. Ego mihi uideor magno labore perfunctus, qui, quæ ad meam præfecturam librariam pertinebãt, quæque ex ea ego sum expiscatus, retulerim. Nunc, si placet, aliò discedamus. Eg. id mihi non persuadebis, qui nusquàm libentius, quàm in meo Gelarino esse soleo. Cor. iniurato tibi credo: quippe quum nihil unquàm isto loco amœnius uiderim. anteaquàm uidissem, mirabar te tantum hoc loco delectari, ut post lectionis publicæ uacationem, nihil haberes antiquius, quàm ut primo quoque die huc aduolares. Eg. si te tamen audire uelim, hinc abeam. Cor. non me solum, sed studiosos omnes; qui aduẽtum ad urbem tuum tam semper expectant, quàm quod maxime. Ego tamen ut meam planè sententiam percipias, non tam ut hinc discederemus, dicebam, quàm ut aliò sermonem transferremus. Eg. ex ambiguo dixit: & quoniam assequi non potuit, quod uolebat, nunc uult, quod potest; quodq; nos exigimus potius, quàm concedimus. Cor. Dicam igitur. Eg. ut lubet. Cor. Nemo ferè fuit his superioribus annis paulò doctior, qui non aliquid excogitauerit, quo Ciceronianas, quas uocant familiares, epistolas interpretaretur,

tur, præsertim ubi opus esse crediderunt ij, qui aliquid sunt commentati; inter quos tu Egnati tuo quasi iure primum tenes locum: etsi queri soles ea, quæ studiosi semper habent in manibus, tibi adolescentulo inchoata, atque rudia excidisse; doctissimos & prudentissimos quosque uidelicet imitatus, qui res suas deprimunt, ut ab alijs extollantur. at semel, atque iterum erratum esse quidam notarunt. cuiusuis est hominis errare. deinde da mihi unum, aut alterum, in quo nihil desideres, & ego illum penè Deo Optimo Maximo, in quo non est locus errori, comparare audebo. tu tamen doles perinde, quasi res tota ponderari soleat ex uno, aut ex altero loco, & non potius ex totius rei utilitate. an credis esse quenquam, qui tuas commentationes de manibus ponat, quòd dixerit nescioquis Egnatium ualde errasse, qui Curionem filium pro patre, & C. Trebonium pro Aulo Trebonio scripserit? Fam.3.
Quin uelim hoc pro certo habeas, neminem ferè esse ex his, qui nostrateis hasce literas profiteantur, qui illas non ut oracula legat, credatq; librum primum familiarium ne intelligi quidem posse, nisi illæ assidue legantur. illis ego pauca uelim patiare adiungi non tanquàm mea, sed tanquàm tua. tua enim sunt; quæcunque sunt mea; si modo ulla sunt mea. hæc fermè sunt. pietatem fatentur omnes dici præsertim Fam.2.
erga Deos, patriam, & parentes: nullus tamen 134.
(quantum uidere potui) quærit; quare Cicero in 2. Vo. or.
prima statim epistola ita corrigat. officio, ac potius 200.
pietate. id erit in promptu, si scierimus P. Lentulum in ora 2. Vo. or. 205.
tionibus et ad Quirites, et in Senatu post reditũ, et pro P. 3. Vo. or.
Sestio Deum, et parentem à Cicerone appellari: qua de re 28. Fam.9.

illa quoque ad eundem Lentulum sunt scripta. periucundæ
" *mihi fuerunt literæ tuæ; quibus intellexi, te perspicere*
" *meam in te pietatem: quid enim dicam beneuolentiam;*
" *quum illud ipsum grauissimum, & sanctissimum nomen*
" *pietatis leuius mihi meritis erga me tuis esse uideatur:* De
Fam. 2. 135. " *religione porrò illa, de qua toties meminit Cicero, ut interpretes fortasse uera dixerint, nullius tamen autoris testimonio ita probarunt, ut fides omnino sit habenda; quum præsertim grammaticis tum demum credi soleat, quum autores proferunt, apud quos uiderint, quod affirmant. inueniet igitur diligens lector eam ipsam rem quum apud Ciceronem in oratione*
3. Vo. or. 90. *in L. Pisonem, tum apud Dionem in historiarum libro trigesimo nono. sed & Spartianus in uita Æmyliani Tyranni rem pluribus persequitur. iam illud, ex*
Fam. 2. 136. " *illo Senatusconsulto, quod te referente factum est, tibi decernit. quanquàm uix intelligi potest, quodnam Senatusconsultum id esset, uidetur tamen id esse, quo Pompeium rei frumentariæ præficiebat P. Lentulus eo astu, ut inquit Plutarchus in Pompeio, ut ipse mitteretur ad reducendum Regem, occupato interim Pompeio in*
2. Vº. or. 214. *re frumentaria. quod Senatusconsultum in Ciceronis sen-*
Att. 53. *tentiam factum est, ut ipse in oratione pro domo sua*
Fam. 2. 137. *ad Pontifices, & in epistolis ad Atticum libro quarto fusius scribit. & quoniam eum honorem etiam extra*
Fam. 2. 138. *ordinem Lentulus Pompeio contulit, hinc dixit in eadem epistola Cicero. eum ornasti. item, qui cum imperio*
Fam. 5. 139 *sunt. nam annonæ præerat Pompeius ut diximus.* Pier. *historia hæc omnia tibi aperuit.* Cor. *saliceт. sed illud; Pompeium apud populum ad viij Id. Feb. quum pro Mi-*

lone diceret, clamore, conuitioq; à Clodio, & Clodianis operis iactatum fuisse, in Senatuq; à Catone asp̃ere, & acerbe accusatũ nimirum ex epistola didici, quam eodẽ tẽpore, eadem de re satis longam ad Q. fratrẽ Cicero scripsit. Pier. de magistro potius tuo, q̃ ex ea epistola didicisti. Cor. est id quidem uerum, quod dicis Pieri: sed quum iurisperitus quidam homo sanè doctus in simpulo, quod aiũt, fluctus excitasset, necesse mihi fuit ad eã epistolã, tanquã in portum; confugere; in qua qui rẽ ipsam perspicue nõ uidet, is nihil uideat, oportet; etiam si è mundo noctẽ tollat; ut ille ex Seruij Sulpitij epistola, in qua ita scribitur. Circa Att. 308.
» ter horam decimam noctis Posthumius familiaris eius ad me uenit. nescat enim ille mire rationem, qua decima hora noctis ter. cal. Iun. esse posset, quum eo tempore nox ne ad octauam quidem horam producatur. at satis constat id moris Romanis fuisse, ut omnibus anni temporibus noctẽ in duodecim horas diuiderent, & diem in totidem, ita tamen, ut æstate breuiores essent noctis horæ, hyeme diei: prout tempora ipsa ferebant: quam rem diligentissimus homo Aldus Manutius ex Palladio retulit. nihil est iam igitur, quam ob rem in ea epistola, noctis, deleatur, ut ille censet; qui uerba illa etiam Ciceronis ad Cælium: extrema Fam. 55. 140.
» pagella pupugit me tuo Chirographo: sic interpretatur, ut dicat, respondere illis Cælij uerbis. quod tibi Fam. 25. 141.
» supra scripsi Curionem frigere, iam calet. quid si Fam. 11.
potius referatur ad illud, quod in extrema epistola
» scripserat Cælius? turpe tibi erit pantherarum greges me non habere. id enim Ciceronem magis pungit. & quoniam Cælius scribendi laborem solebat alteri delegare, ut in prima dixit epistola, forte hoc ipsum

Cælij manu erat aſcriptũ, unde chirographum appellauit. Pier. caue Corrade, ne ſis

„ =Facto pius, & ſceleratus eodem.

Cor. quid hoc ſit? Pier. ne, dum à præceptore iniuriam propulſare cupis, ipſe alteri ĩferas. Cor. ita me Deus Optimus Maximus bene amet, ut ego nec illam iniuriam exiſtimo, ſi quis in his rebus dicat, quod ſentiat: & unus ex omnibus minime cupio quenquam lædere. Pier. ſedulò id quidem à te factum eſt in hoc ſermone, ut ne quem, niſi honorificæ, nominares. Cor. tenebimus etiam deinceps hoc inſtitutum: nec committemus, ut nobiſcum aliquis iniuriarũ iure poſſit agere. nemo enim moleſte ferre debet, ſi contrà ſentiam ego, ac ipſe ſcripſerit; dum me contineam, ne male dictis inſecter; quod alius in illis uerbis fortaſſe faceret.

Fam. 62. 142. „ Meus in te animus quàm ſingulari officio fuerit, & Sena„ tus, & populus Romanus teſtis eſt. nihil enim dicunt interpretes, quod uel legendum cenſeas. nos eum animum ſingulari officio in C. Antonium dicimus ſignificari in oratio

5. Vo. c. 4. „ ne pro P. Seſtio illis uerbis. De Antonio nihil dico præter

„ unum; nunquàm illum in illo ſummo timore, ac periculo ci

„ uitatis, neq; communẽ metum omnium; neq; propriã non

„ nullorũ de ipſo ſuſpitionem, aut inficiando tollere, aut diſſi

„ mulando ſedare uoluiſſe: in quo collegæ ſuſtinẽdo, atq; mo

„ derando, ſi meam in illum indulgentiam coniũctam cum

„ ſumma cuſtodia Reip. laudare uerè ſclebatis; par propè la

„ us P. Seſtii eſſe debet: qui ſuũ conſulem ita obſeruauit, ut

„ & illi Quæſtor bonus, & uobis omnibus optimus ciuis

uideretur. hæc eò pluribus retuli, quò intelligatur hic animum ſingulari officio in Antonium dici, quam indulgentiam in oratione uocauit: in qua quum P. Seſtium

C. Antonii Quæstorem tempore coniurationis, et item in Macedonia non ita multò post fuisse ostendat, uidendum est; an illa præscriptio epistolæ ad P. Sestium ita sit legen
» da, M. T. Cicero S. D. P. Sestio L. F. Quæstori, uel pro= Fam. 63.
quæstori, non proconsuli, quæ lectio adhuc in aliquibus li= 143.
bris manu scriptis etiam agnoscatur. coniunctæ autem illæ uidentur epistolæ, quemadmodum & illi erant in magistratibus coniuncti. unde ad Sestium de Antonio etiam
» illa scribit. Antonium, etsi eius in me officia omnes desi= Fam. 63.
» derant, tamen in Senatu grauissime, & diligentissime de= 144.
fendi. Quod etsi à Cicerone posterius est factum: tamen hæc omnia quum lego, atque confero, in eam uenio opinionem, ut audeam uerbis etiam conceptis iurare, epistolá, quæ est in libro primo ad Atticum hoc principio, & mea spô Att. 6.
» te faciebam antea, non modo esse diuidendam, sed in ipsa
etiam diuisione biennii spatium sileri. si quidem in ea scri 145.
bat se nondum esse designatum, & ad finem, diuortium Mutiæ uehementer probari, & P. Clodium cum ueste muliebri deprehensum esse domi C. Cæsaris, quum sacrificium pro populo fieret: quæ omnia maxime inter se sunt contraria: quum satis constet, uel autore Plutarcho in Pompeio, & in Cicerone, & Pompeium Mutiæ nuncium remisisse, & P. Clodium fuisse deprehensum multò post Ciceronis consulatum. Quin Cicero ipse eam epistolam sic finit. M. Messalla, & M. Pisone consulibus. at ii Coss. fuere altero anno post Ciceronem Cos. Quorsum hæc? ut intelligamus, uel Ciceronem scribere, se nondum censorem esse designatum; quod suspicari quidem de uiro consulari, sed nihil affirmare possumus: uel epistolam, ut diximus, diuidi oportere; & in secunda ex his duabus

diuisis epistola hunc C. Antonium, de quo loquimur, si=
» gnificari, quum ita scribit. Pompeiani prodromi nunciant
» aperte Pompeium acturum, Antonio si cædi oportere: eo
» demq; tempore agit prætor ad populum. res eiusmodi est,
» ut ego nec per bonorum, nec per popularem existimatio-
» nem honeste possim hominem defendere; nec mihi libeat,
quod uel maximum est. is enim in Thracia, quæ post Ma
cedoniam, autore Plinio, sequitur, proconsul rem parum
prospere gesserat; ut Liuius libro centesimo tertio scribit:
Fam. 62.. hocq; illud est, quod dicit Cicero ad eum scribens. Sed reli=
146. » qua, mihi crede, multò maius meum studium, maioremq;
» grauitatem, & laborem desiderant: sunt & aliæ de tem=
pore coniecturæ; sed eas, quoniam longum est persequi, li
bens omitto. Persimilis est interpretum error in epistolis
Fam. 83.. ad Aulum Cæcinam in illis uerbis. Rationem haberi ab
147. » sentis non tam pugnaui ut liceret; quàm ut, quando ipso
» consule pugnante populus iusserat, haberetur. Credunt enī
L. Aemylum Paulū, qui fuit consul cum C. Claudio Mar
cello, eum esse consulem, quem pugnasse dicit Cicero, ut ab
sentis ratio haberetur. historia sanè habet, L. Aemyliū Pau
lum pecunia corruptum cum Curione Cæsari fauisse, ela
borasseq;, ut imperium illi prorogaretur: mihi tamen hoc
totum ad Pompeium solum eo tempore consulem referen=
dum uidetur. Qua de re illa sunt à Cicerone ad Atticum
Att. 120. » libro octauo scripta. Pompeius tertio consulatu, postquàm
» esse defensor Reip. cœpit, contendit, ut decem Tribuni ple=
» bis ferrent, ut absentis ratio haberetur; quod idem ipse san
» xit lege quadam sua; Marcoq; Marcello consuli finienti
» prouincias Gallicas Cal. Martijs restitit. nec ab his diuersa
Plutarchus & Appianus scribunt. Eg. hoc age Corrade.

Cor. affertur quoq; probabilis causa à nonnullis, cur Milonem eum esse credamus, quem familiarissimum P. Sestij Cicero libro quinto familiarium uocat; quòd in oratione pro P. Sestio utriusq; accusatio de ui coniuncta esse uideatur. Sed multò fortasse probabilior hæc erit, si de Bestia dici intelligamus, idq; ex epistolis ad Q. fratrem, ubi ita scribit. Dixi pro Bestia de ambitu apud prætorem Cn. Domitium in foro medio, maximo conuentu, incidiq; in eum locum in dicendo: Quum Sestius multis in templo Castoris uulneribus acceptis, subsidio Bestiæ seruatus esset. hic προῳκονομησάμην quidem ὠνκαίρως de his, q̃ in Sestiũ apparabantur crimina: & eum ornaui ueris laudibus, magno assensu omnium. Pier. magno quoq; nostrum tu ista retulisti. Cor. his uerbis mihi addis alacritatem dicendi. itaq; lætus ad illud iã accedo. Curio, quia de intercalando nõ obtinuerat, transfugit ad populũ, & pro Cæsare loqui cœpit. uideo in his Cœlij uerbis quæri à uiris etiam doctis, quare tantopere Curio intercalari optaret; quidq; ea res ad eum pertineret. eam ego credo fuisse causam, ne citius, q̃ uellet, uel posset, cogeretur æs alienum, quo erat oppressus, dissoluere. ex ea enim intercalandi ratione produci dies poterat, ut Macrobius, Censorinusq; scripserunt. id igitur Curio quum obtinere non potuisset, cœpit pro Cæsare loqui, Gallorum captus spolijs, & Cæsaris auro. Fam. 73. 148. Att. 309. Fam. 116. 149.

Diuersa erat Cicerõis rõ, quũ esset procos. in Cilicia; qui timebat, ne intercaleretur, atq; ex ea re aliqd tpis accederet. itaq; idẽtidẽ ab amicis p literas petebat, ne ĩtercalari, quãtum in ipsis esset, paterentur; & præsertim ab Attico his uerbis. p fortunas, qm̃ Romæ manes, primũ illud præfulci, atq; præmuni, q̃so, ut simus annui, ne intercaletur quid. Att. 75.

Att. 72. „ item. hoc tibi ita mando, ut dubitem, an etiam te rogem, ut
„ pugnes, ne intercaletur. Pier. Ambrosius amicus meus, et
ciuis tuus hac de ratione quædam perite composuit. Cor.
de mensibus quidem, sed de re, qua de loquimur, nihil,
quod sciam: interpres uero prorsus tacet: qui tamen dignus
esset uenia, si saltem dixisset se non legisse, quemadmo=
Fam. 239. dum facit in epistolis ad Papyrium Pætum, ubi de trabea
150. quidem ueste multa refert; sed Trabeas fuerit ne poëta,
an orator, ingenue fatetur se nescire: qui tamen poëta ita
notus est, ut illi, qui Ciceronis opera interpretanda suscæ=
pisset, ignotus esse non debuerit; quum præsertim Cicero
1. Vo.[ph. ipse de eo mentionem faciat & libro quarto Tusculana=
224. rum quæstionum, & secundo de finibus bonorũ & ma=
1. Vo. ph. „ lorum, ubi ita ait. Ille apud Trabeam uoluptatem animi læ
66. „ titiam nimiam dicat eandem, quam ille Cæcilianus, qui o=
„ mnibus lætitijs se lætum esse narrat. Quo ex loco uidetur
Fam. 22. Cicero illa ad Cælium uerba esse mutuatus. Repente ue=
151. „ rò incessi omnibus lætitijs. Sedigitus præterea inter co=
micos Trabeæ Octauum dedit locum: ut iam scire possi=
„ mus, quare dixerit Cicero. Nihil tibi opus illud à Trabea:
à quo iam discedo, sed non itidem à Papyrio, ad quem ita
Fam. 143. rursus scribit. Ibi loquor, quod in solum, ut dicitur: & ge
152. mitum ët in risus maximos transfero. Sic enim ex sen=
tentia, & ex uetusto libro est legendum. & prouerbium
illud, in solum, idem est propè, quod dici solet, quicquid in
buccam uenit; quicquid sese offert ad dicendum; ut fit in
conuiuijs, ubi sermonis materia quæritur, utitur eo prouer
Vo. ph. bio item Cicero libro primo de natura Deorum, Cotta hæc
4. „ loquẽte. hinc quodcunque in solum uenit, ut dicitur, effingis,
atque efficis. quod dum exponit prouerbiorum scriptor, mi

ror, cur nullam originem, sicut eius est mos, quæsiuerit: quum præsertim ea similis uero uideri possit; natum esse ab eo solo, in quod necesse est, offa obiecta, cadere frustū ex ore pulli, quum pascitur. scriptum est enim tripudium fieri, si ex ea quid in solum (sic enim legi debet, non solidum) ceciderit: ut scribit idem Cicero libro primo & secundo de Diuinatione. ut igitur augures auspicabantur, quum quid in solum ceciderat; sic sermo in conuiuijs solet ab eo institui, quod primum occurrit. Quid quòd ibidē interpretes existimant illa uerba Ciceronis esse, uel certe in Ciceronis laudem ab alijs dicta? 2. Vo. ph. 86. 2. Vo. ph. 123. Fam. 143. 153.

„ Quem spectabant, cuius ob os Graij ora obuertebant sua?

Quum Ennianum sit carmen in Telamone, quod iterū refert Cicero in schola Tusculana tertia ad hūc modum.

„ Hicine est Telamō ille, modo quē gloria ad cœlū extulit; 1. Vo. ph. 199.

„ Quem spectabant, cuius ob os Graii ora obuertebant sua?

ut dubitatio ijs tolli possit, qui dubitāt, sit ne legēdū, expectabā, an spectabāt, an expectabāt. Paulus Manutius iuuenis ingeniosus, & diligentiæ paternæ non minus, quàm patrimonij hæres, ab iis forte deceptus, aspectabant descripsit, nec carmen agnouit. condonetur hoc ipsum tot laboribus, quos tulit, dum familiareis epistolas refecit potius, quàm corrigit. sed ad interpretes reuertor: qui tertio decimo libro ad L. Plancum (L. enim, non Cn. ex uetere & ex ultimo epistolarum ad Atticum libro, soleo legere) credunt illud uerbum, publicæ, esse in sexto casu, quum sit in primo: hoc sensu: pars eorum, qui sunt in sextante, sine ulla cuiusquam querela, potest esse publica, id est publicari, atque in publicum redigi, uel, ut diceret Suetonius, confiscari. unde subdit. ea est ad H-S. xxx. Sed de hoc Cæsar Fa. 216. 154. Fam. 216. 155.

„ uiderit. quòd uidelicet ea, quæ publicabantur, ad Cæsarem pertinebant; qui tunc rerum potiebatur. Credidit idem interpres in epistola ultima ad Q. Cornificium, magistros eẽ
Fam. 201. 156. arbitros, quũ ij sint, qui auctioni præesse solebant; de quibus plura dicerem, nisi Cælius Rhodiginus eam rem diligentissime inuestigasset. utinam uerò Cæliana diligentia idem interpres quæsisset, ubi esset Syria, in qua proprætorem Q. Thermum tum fuisse scribit, quũ Cicero illi L. Ge-
Fam. 223. 157. micillum commendauit. ego etsi satis scio eo tempore Bibulum Syriæ præfuisse, hoc tamen tum demum uerum esse fatebor, quum me quis docuerit, Hellespõtũ, Sardis, Ephesum, Patras, & reliqua oppida, quæ in illis epistolis nominantur, & quibus Thermus præerat, in Syria fuisse. Nec negabo quoq; fieri iam posse, ut
Fam. 226. 158. „ =Ararim Parthus bibat, aut Germania Tigrim,
Si quis mihi item persuaserit, Nicæenses eos, quos grandẽ pecuniam filio T. Pinnij debuisse, ad Silium scribit Cicero, in Gallia esse, ut existimat interpres: quum ea Nicæa ex sequentibus, et ex Plinio alia esse cognoscatur. uerũ quoq;
Fa. 167. 159. dixerit interpres in epistola Decimi Bruti ad M. Brutum & C. Cassium, prouinciã ipsius Decimi Bruti fuisse Galliam Celticam, si Gallia, quæ sit apud Eridanum, Gallia dicitur Celtica. Nam Plutarchus in Bruto ostendit, Decimo Bruto Galliam Cisalpinam datam fuisse prouinciam post C esaris mortem, quum iam ciues inter se omnes reconcili ti esse uiderentur. Idem fermè scribit Cicero phi-
3. Vo. or. 191. lippica tertia, ubi prouinciam D. Bruti Galliam citeriorem appellat. Sed interpres Appianum est secutus, qui libro ciuilium bellorum tertio, sic latine loquitur. Decimus Brutus uocare Cæsarem cœpit, &, ut literas Senatus inspicere

uellet, deprecari, qui Celticæ administrationem sibi concessisset. Cæterum qui, & ubi sint Celtę, ex primo Cæsaris commentario, facile est cognoscere. Eg. in his eluceat ingenium. Cor. at hæc minima sunt præ illis, quæ iampridē animo concepta, atque comprehensa contineo. Eg quin paris tandem, quod parturis? Cor nondum expleti sunt ad pariendum menses. Eg. Elephantis hic erit partus. sed perge edere, quod maturum est. Cor. Dum Cicero Cyprios Fam. 222. Sextilio Rufo commendat, ita inquit. hæc, ut spero, facilius 160.
» consequere, si & P. Lentuli necessarij tui legem, &
» ea, quæ à me constituta sunt, sequi uolueris. diligentis inter
» pretis erat hic officium admonere lectorem, Ciliciam, & Cyprum ab eodem proconsule administrari solitas, ob idq; à P. Lentulo, & Cicerone, qui in Cilicia fuerunt proconsules, legē, & instituta Cypriis esse data. Quòd uerò Ciliciā, & Cyprum idē proconsul obtineret, illa uerba ad
» Lentulū docent. Tu potes perspicere, qui Ciliciā, Cypruq;
» tenes, quid efficere, & quid consequi possis. Illud nunc de Fam. 7. Fam. 17.
» toga Appij prætexta quasi supra adiiciam, Ciceronem id 161. &
respicere, quod ad Q. fratrem his uerbis scribit. Sum præ- 162.
» terea Togam Appii prętextam, quam erat adeptus Cæsa Att. 313.
» re consule, magno risu hoīum cauillatus. ne id quidē prætererim, Curtiū, qui ibidem dicitur dibaphum cogitare, eum esse uideri quibusdā, qui quòd dubitet consulatū petere Cicero in epistolis ad Atticum, tempora accusat. huic item, Att. 203. nisi fallor, olim tribunatū Cicero à Cæsare petierat, ut ad Q. fratrem lib. iii. scribit; ubi ēt nescioquo modo Appiū admiscet. Pier. Tu hic, quod canis in Aegypto. Cor. an Att. 319. nō uides, q̄ magni crocodili locum illū incolāt? Pier. fuge igitur. Cor. imitabor potius nepā, ut inquit ille, atq; hunc lo-

cum, qui à tergo relictus est, capiam. De te, quia, quod spe=
Fam. 23. " rabam: de Hillo (balbus enim sum) quod non putaram.
163. Pier. hic locus multò ante à Paulo Manutio nostro occu=
patus est. Cor. ain' uerò? Pier. aio enimuerò. Cor. illum amo iuuenem, quem nunquàm uiderim. Pier. dignus est, qui ab omnibus ametur. Cor. à me quidem, uel ob id, quòd ingenio simili sit, atque ego sum. Pier. non mirum, quibus idem fuerit Roscius. Cor. sed diuerso tempore. Pier. nihil id refert, dum fuerit idem. sed unde coniecturam facis, uos ingenio simili esse, qui ne de facie quidem, ut dicis, inter uos cognoscitis? Cor. quòd eodem tempore ego Regii, ille Venetiis multa Ciceronis loca eodem modo correximus. & ut reliqua omittam, ex quibus omnem illi gloriam concedo, Franciscus Sessius adolescens nobilis, & studiosus, Ambrosiusq; Regiensis noster senex bonus, et doctus, & Philippus Puteus uir ingenio, et memoria praestans sunt optimi testes me antequàm epistolae à Paulo descriptae ederentur, hunc locum ita emendasse, et illa Cae
Fam. 114. lii uerba ostẽdisse. inde Hirrum cuncti ad non faciendum
" flagitare. spero te celeriter & de nobis, quod sperasti, &
" de illo, quod uix sperare ausus es, auditurum. quibus uer=
bis Cicero respondet: sed ludit in Hillo ex Hirro: unde se balbum uocat: sicut legimus Demostenem ita balbum fuisse, ut eius ipsius artis, cui studeret, primam literam non posset dicere. huius tamen loci fructum Paulus sine praetoris edicto, me etiam lubente, capiet. ego uero alium locũ, sed uacuum occupabo. is erit apud Plautum in Amphitruone.

Sc. 1. Nam Amphitruonis socium nae me uolui dicere.
164. " hic enim Sosia se quoque balbum esse ostendit, sed eo lin=

quæ uitio, ex quo pueri maxime laborant, qui s pro c dicunt, & uistam non uiciam, et alia eiusdem generis uerba male pronunciant. Pier. sic ille, qui se Sosiam esse dixerat, pugnis à Mercurio castigatus, castigat & ipse linguam, et se socium uoluisse dicere asserit. Cor. rem tenes. sed quoniam hic sumus, si placet, illam epistolam, non potuit accuratius agi, interpretemur. Pier. peream, ni mallem ego de consule Rhetor, quàm hoc præsertim tẽpore de Quæstore interpres fieri. Cor. at nulla est ferè epistola, in qua plura de quæstoribus dicantur. Eg si me audire uolueris, ab instituto non recedes tuo. Cor. mihi iniuriam facis, qui dubites, an te uelim audire; quum scire possis me id unum, & nihil præterea uelle. audiã igitur, & ex ea pauca degustabo, idq; in primis. competitor tuus, & idem me- Fam. 25.
us. Hirrus in auguratu Ciceronis, in ædilitate Cælii competitor fuit, ut in suis epistolis Cælius sæpe testatur, & 165.
in illis præsertim uerbis. Maxime uerò, ut te dies, noctesq; Fam. 113.
quæram, competitor Hirrus curat. quo modo illum putas auguratus tuum competitorem dolere, & dissimulare me certiorem, quàm se candidatum? is tamen postea assensus Fam. 26.
est ei, qui ornauit res Ciceronis diuinis laudibus; hoc est, 166.
Catoni; de quo idem Cælius. Hirrus tantum Catoni assensus est, qui de te iam locutus honorificæ non decreuerat Fam. 121.
supplicationes. idem quoq; Cato ipse in epistola ad Ciceronem scribit. hanc tamen iniuriam Cæsar appellabat, Fam. 247.
ut Cicero his uerbis ad Atticum scribit. Gratulans mihi Att. 99.
Cæsar de supplicatione, triumphat de sententia Catonis: nec scribit, quid ille sententiæ dixerit, sed tantum supplicationem eum mihi non decreuisse. item non ita multò post. Hortensius quid egerit, aueo scire; Cato quid agat; qui dũ Att. 101.

» quidem in me turpiter fuit maleuolus, dedit integritatis,
» iustitiæ, clementiæ, fidei mihi testimonium, quod non
» quærebam: quod postulabam, negauit. id itaque Cæ=
» sar his literis, quibus mihi gratulatur, & omnia pollicetur,
quo modo exultat Catonis ingratissimi iniuria? & quidẽ
Catonem sibi inuidisse, & anteferre uoluisse Cicero
ipse non semel ostendit, ut ad Atticum lib. iii. Tu purgas
Att. 47. » eos, quos ego mihi scripsi inuidisse, & in eis Catonem.
& ad eundem libro sexto. sed heus tu, nunquid moleste
Att. 96. » fers de illo, qui se solet anteferre patruo sororis tuæ filij?
167. » item libro quinto. quòd scribis libenter repulsam tulisse eũ,
Att. 76. » qui cum sororis tuæ filij patruo certarit; hoc magni amo
168. ris signum. is autem erat Cato, qui in petitione præturæ,
& consulatus ita repulsam tulit, ut sequenti die unctus
in campum descenderit, & post prandium, ut scribit Plu=
tarchus, rursus, ut solebat, sine calceis, & tunicis in forum
ueniens unà cum familiaribus ambulauerit. uictus est autẽ
Cato in consulatus petitione à Seruio Sulpitio Rufo, &
M. Claudio Marcello; in præturæ à Vatinio: hinc Cicero
ibidẽ cum stomacho dixit at à quibus uictus? ex his for=
Att. 76. tasse colligi potest, eundem Catonem quasi nutu signifi=
169. cari in illis ad L. Mescinium uerbis. Ego is sum, cui nisi in
Fam. 77. » uidisset is, quem tu nunquàm amasti (me enim amabas)
170. » & ipse beatus esset, & omnes boni. Eg. quanto melius
est bonum Quæstorẽ, quàm ineptum interpretem agere?
Cor. Quæstor igitur nunc Quæstores quæram. Eg.
quos tu mihi Quæstores narras? Cor. eos, qui in eadem ad
Fam. 26. Cælium epistola nominantur ita confuse. postremo non
171. » tam mea sponte, quàm potentissimorum duorum exem=
plo; qui omnes Cassios, Antoniosq; complexi sunt. tacebo

ego: sic ad Atticum scribens Cicero loquetur. Põpeius eo
„ robore uir, his radicibus, Q. Cassium sine sorte delegit, Att. 96.
„ Cæsar Antonium; ego sorte datum offenderem, ut etiam
„ inquirerem in eum, quẽ reliquissem? Pier. eadem de re illa scripta uidentur. Cor. eodẽ etiam tẽpore, & eodem ex loco. Pier. ex his etiam, qui sint illi duo potentissimi, intelligitur. Cor. quid ni intelligatur, quum sint relati? Pier. ut animus quasi acquiescat, quũ quod difficile, arduumq; prius fuerat, facile, planumq; iã factum est? Cor. sunt tamen, qui ex familiaribus epistolis immitationẽ tantum petant, et nihil quærendum præterea censeant. Quare si qua sunt paulò obscuriora, ea prætereunt: quòd putent nihil interesse ea scire, quæ uel notis inter amicos significantur, vel quæ ad historiam quidem pertineant, sed non sint tamen tanti, ut multum operæ his perquirendis sit ponendum. Pier. semper ego his ero autor, qui nostratia hæc studia sectantur, ut nec multum, nec tamen nihil ponant. par enim stultitia est ibi te perpetuò exercere, ubi nihil proficias, & in his hærere, quæ profitearis, si modo sciri possint. Cor. quotus uerò quisque est eorum etiam, qui has epistolas publice legunt, qui in his ad M. Curium uerbis
„ non hæreat? pedibus es consecutus, ut ibi esses, ubi nec Fam. 108.
„ Pelopidarum, nosti cætera. & paulò post in altera 109.
„ epistola. quin hinc ipse euolare cupio, & aliquò perue- 172.
„ nire, ubi nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam. fuit tempus, quum credidi Cæsarianos omneis hic significari, quòd ij, quemadmodum Pelopidas Thebanus, qui m essent quasi exules, in patriam uenissent, ex eaq; aduersarios expulissent. mouit me postea ab ea opinione, quòd nõ uidebam, qui fieri posset, ut quasi in prouerbium ue-

nissent illa uerba; pelopidarum facta, de rebus malefactis; quum Pelopidas cæteris in rebus uir fuerit summe laudatus. itaque cœpi cogitare, num dicti fuerint Pelopidæ; quòd sæui essent, sicut Pelopis posteri; in eaq; sententia animaduerti etiam uiros doctissimos esse, sed ita tamen, ut in eis diligentiam maiorem desiderem. quærere enim debuerant, unde originem habuerit hoc dictum. mihi quidem inde natum uidetur; quòd, quum Pompeius Agamemnon diceretur, solitus erat ipse Cæsarem appellare Aegysthũ, quòd is Mutiam uxorem eius existimatus sit uitiasse, ut scribit Tranquillus: ex quibus intelligi facile potest, quare Cicero toties dicat sibi eò fugiendum esse, ubi nec Pelopidarum facta, nec nomen audiat. atq; hæc quidem ad M. Curium uiuo Cæsare; illa ad Atticum iam mortuo

Att. 227. scripsit. itaq; exire aueo, ubi nec Pelopidarum, inquit. Itẽ.

173. " itaq; etsi ne antea quidem dubitaueram, tamen nunc eò mi

Att. 243. " nus, euolare hinc, idq; quamprimum, ubi nec Pelopidarum

174. " facta, neq; famam audiam. in quibus M. Antonium tanquam Cæsaris imitatorem maxime notat. Pier. duo sunt uerba, quæ me cogunt à te in hac re dissentire. Cor. fieri id non potest, ut ii inter se dissentiant, inter quos iam sit illa uoluntatum, studiorum, & sententiarum summa consensio, quæ in amicitia requiritur. Pier. uerbis duntaxat. Cor. quæ illa sunt tandem? Pier. alterum ad Curium, nosti: alterum ad Atticum, inquit. Cor. meo telo tu quidem me petis. Pier. ex his, inquam, uerbis, illud totum, quod de Pelopidis dixisti, non è Pompeii, & Cæsaris scelerate factis natum, sed de tragœdia aliqua, forte Ennii Thyeste, sumptum uidetur. nam illud, nosti cætera, sic interpretor, quæ sunt ibi scripta: item illud sic, exire aueo, ubi nec Pelopida

rum

rũ, ĩquit, scilicet aliquis, qui in ea tragœdia loquitur. Cor. ne uerbis quidẽ Pieri à me, quod maxime gaudeo, dissentis. nam tu unde sumptũ, ego quare à Cicerone sic usurpatum sit, disputo: & nunc addo, quare ad M. Curiũ, & ad Attium tantum, quod sciam: nisi si quis contendat ijs duobus tantum id notum, & quasi notã, & signũ quodam inter eos, qui erant amicissimi, & Ciceronem fuisse:
„ quale illud est ad eundem Atticum. Quãtam porrò mihi Att.29.
„ expectationem dedisti conuiuÿs τοῦ ἀσυάγους: ubi non 175.
nulli legunt, conuiuij istius ἀσελγοῦς: aliqui, cõuiuiis tuis ἀσυάγου: alii conuiuiis tui Astyagis; & de Cæsare dictum uolunt; qui eo tempore Pompeio filiam erat collocaturus. quod etsi uerisimile uideri potest; placet mihi tamẽ magis ad M. Catonem referre; qui nunquàm induci potuit, ut cum Pompeio affinitate se deuinciret, quamuis ad id ipsum & uxor, & sorores illum cohortarentur: quòd diceret obsides se contra Remp. nunquàm uiro tam magno daturum. prouidebat enim uir ille prudens mali quippiam ex illo coniugio Reipub. euenturum: sicut Astyages responso illo perterritus neque claro uiro, neque ciui dedit filiam; ne paterna, maternaq; nobilitas nepotis animum extolleret. Iam Pompeium quoq; Cicero per notas modo Sampsiceramnum, modo Hierosclymarium, modo Arabarchen appellat. de Arabarche tamen
docti dissentiunt. alii enim Pompeium, alii M. Antonium Att.33.
significari uolunt. ego, quòd Arabarches is dicatur, qui 176.
exigendis uectigalibus in Arabia sit præfectus, & non simpliciter mollis, sentio equidem cum Alciato uiro iurisperitorum eloquentissimo, & eloquentium iurisperitissimo, ut dicebat Crassus de Scæuola: quod uerò

hic Arabarches Antonius intelligatur, tam dissentio, quàm qui maxime. siquidem illa epistola fuit scripta multò ante quàm Antonius in Ægyptum sit profectus, nedum uectigalia exegerit. & secunda illa uectigalia, quæ ex Plutarcho refert Alciatus, post Ciceronis etiam mortem exegit. præterea eo tempore nondum tantus erat Antonius, ut Cicero magnopere curare debuerit, quo ille in se esset animo. hic tamen ostendit magni sua interesse, scire, quo in se animo sit Arabarches, quum inquit. uelim ex Theo
" phane respicere, quonam in me animo sit Arabarches. postremo Theophanes, ex quo uult Atticum respicere, Pompeio, non Antonio erat intimus: de quo Plutarchus in Pompeio, Cæsar libro tertio de bello ciuili, & Cicero ipse in his ad Atticum epistolis sæpe mentionem faciunt. contrà Pompeium significari & ea, quæ sunt dicta, & illa in epistola superiori uerba docent. Nunc uerò Sampsiceramne quid dices? uectigal te nobis in monte Antilibano constituisse, agri campani abstulisse. Qui uectigal igitur in monte Antilibano constituerit, Arabarches iure dicitur. Pier. quanti refert historiam scire, ex qua tot aureos refers? Cor. sic promissorum, & nominum ratio postulat. Pier. memini equidem te id nobis promittere: & tu nobiscum sanctè fidem seruas, qui tot aureos, & tot nomina soluas. Cor. nec nunc quidem à nominibus discedo, in quibus maiorem partem nostra pecunia consistit: atque nunc illud exactum refero. Scribit ad Dolabellam Cicero, & populum soliatum esse de P. Syllæ morte, & se unum

Att. 31. ,, (margin, beside "ramne quid dices")
Fa. 131. 177. (margin, beside last lines)

uereri, ne hasta Cæsaris refrixerit. non repetam hoc loco, quæ commenti sint, qui Ciceronis epistolas interpretandas, corrigendasq; susceperunt. rem paucis dicam. P. Sylla temporibus Syllanis in uendendis ciuium proscriptorum bonis hastæ præfuit: quare ita delectatus est, ut Cæsarianæ quoque hastæ præesse curarit; idq; assecutus sit, ut Cicero libro secundo de officiis sic testatur. hastam illam cruen=
» *tam P. (P. enim, non L. legendum est) Sylla quum* 3. Vol.ph. 38.
» *uibrasset dictatore propinquo suo; idem sexto & tri=* 178.
» *gesimo anno post à sceleratiore hasta non recessit. quo in loco illud animaduertendum monet Cicero, alterum quendam, qui in illa Syllæ dictatura scriba fuerat, in Cæsariana Quæstorem urbanum fuisse: nec eum nominat. is Cornelius (quæstor enim Quæstorem quæsiui) dicebatur, de quo meminit Lepidus in oratione ad populum, quæ adhuc apud Sallustium legitur. Pier. P. igitur Sylla mortuo, uerebatur Cicero, ne hasta Cæsaris refrixisset quasi defuturus esset, quem Cæsar in eius locum substitueret. Cor. hoc est, quod Cas*
» *sius Ciceroni rescripsit nec tamen Cæsar diutius nos. P.* Fa. 254.
» *Syllam desiderare patietur. nam habet domi notos, quos*
» *pro illo nobis restituat: nec ipse sectorem desiderabit, quũ*
» *filium uiderit. Scripserat enim ita ad eum Cicero. Nos* Fa. 253.
» *hic P. Syllam patrem mortuum habebamus. sic enim le=* 179.
gendum admoneo, non D. Syllam, ut passim leges. Pier. est una ex illis superioribus tuis inuersionibus. Cor. qua quidem nulla sit facilior. Pier. quid restat nominis? Cor. multum. Pier. quin dicas? Cor. Laurentius Castus homo in primis elegans, et mihi studijs, usu, et consuetudi=

ne iam inde à primis annis coniunctissimus superiore anno Bononiæ, quum adesset Alexander Panninus uir græcis & latinis literis eruditus, de me quærebat, quid haberem de nominibus uel imponendis, uel etiam mutandis, quod esse usui studioso posset. respondi longam esse eam disputationem, & à Pythagora usque repetendam, qui ponendis nominibus etiam uocalium numerum obseruandum putabat: & ob id eam esse omittendam: nec dicendum quidem, quam uim nominibus nonnulli inesse existiment; sed ea potius paucis restrenda, quæ pertinerent ad eos autores, quos quotidie in manibus habemus, interpretandos. reiecimus itaq; illum ad philosophos, quòd ad rationem, & causam imponendi nominis spectaret; & hæc ferè, quæ nunc uobiscum loquar, retulimus. In more, institutoq; apud
2. Vo.ph. Romanos positum fuit, ut colonia, exercitu, populoq;
101. lustrandis eligerentur bonis nominibus, qui hostias ducerent: & ut consules in delectu obseruarent, ut primus miles fieret bono nomine: tanti existimabant referre, bono nomine esse eum, à quo delectum incipiebant. quin legimus contrà mali ominis euitandi causa sæpe etiam locis nomina esse mutata. Et quoniam huc uenimus, ut iam de mutandis nominibus sit aliquid dicendum, eam rationem in quinque partes diuidamus, in manumissionem, testamentum, ius nouæ ciuitatis, religionem, & artem meretriciam. Manumissione nomen mutatur, quum seruus donatur libertate, & patroni nomen sequitur: qua de re quondam Politianus plura scribit, nos aliud agemus. Pier. quid istud erit? Cor. quod à grammaticis est omissum. Pier. iam non erit unũ.

Cor.es uates, tria sunt. Pier. non solent grammatici rem solam omittere: sed quæ ea sunt? Cor. hoc est primum, is, qui erat manumissus, statim eum, à quo factus erat liber, ita salutabat. Salue mi patrone. quem morem Plutarchus in Fabio sic latine scribit. Minutius Fabium egredientem patrem suum magna uoce appellat. milites quoque Minutii, milites Fabii patronos salutarunt: hæc autem libertorum ad manumissores salutatio erat. hinc Plautus noster in Meen. ita scripsit.

„ Me.mea quidē hercle caussa liber esto, atque abito, quò uoles. Sc.20.
„ Mes.nēpe iubes? Me.iubeo hercle uerò, siqd ī pii ē ī te mihi. 180.
„ Mes. salue mi patrone. Me. quoquo modo tu liber es adolescens gaudeo.

Pier. dic iam secundum. Cor. Romani quos libertate donant, illorum corpora minuta conspergunt festucas. Pier. Plutarchus in libro de his, qui tarde à numine corripiuntur, huius est autor. Cor. bene dicis: at huius Plautus in Persa, ut manumissi sequenti die irent supplicatum. Pier. refer carmen. Cor. hoc est.

„ Do. sapienter sanè. To. supplicatum cras eat. Sc.10.

Pier. religiose. hoc erat, nisi fallor, tertium. nunc ad tuam diuisionem reuertere. Cor. testamentum idem Politianus recte obsignauit. Pier. Tu nullum supponis? Cor. quid ego supponam, aut illud rumpam, quod ratum esse maxime cupiam? Pier. nihil ad ea prorsus addis? Cor. quū ille doceat testamento nomina sæpe mutari, quod quærimus, quid ego addam, nisi Ciceronis illa ad Atticum uerba ad id
„ esse referenda? Dolabellā uideo Liuiæ testamento cum duo- Att. 6.
„ bus cohæredibus esse in triente, sed iuberi mutare nomen. 181.
„ est πολιτικὸν σκέμμα, rectum ne sit nobili adolescenti

mutare nomen mulieris testamento. hunc antiquorum morem quum nosset uir & doctissimus, & nobilissimus Aurelius Fosscus ciuis noster, domum, & reliqua sua bona præceptori, qui sit per senatum eligendus, & tot adolescentibus studiosis, quot ijs bonis ali possint, ea quasi lege legauit, ut Aureliani omnes uocarentur. Eg. ò ciuem optimum. Illius ne propinquus est Ludouicus Fosscus, qui Rauennæ Quæstor fuit Pótificius? Cor. est. sed unde tu meũ nosti patronum? Eg. mihi quoq; Romæ in quadam causa fuit patronus, meq; sibi illa sua summa bonitate, & fide ita deuinxit, ut ne sciam, an ullus sit, cui ego plus debeam. Cor. mihi uerò nec dictu quidem est facile, quantum illi debeam. quare illud aliàs, nunc ad rem. idem fermè Ludouicus Farusius ante fecerat, quod postea Aurelius. Eg. ò ciues dignos, qui essent quàm ditissimi. Cor. iã de adoptione idem, quod de testamento dici potest. qui enim adoptãtur, in alias transeunt familias, & illarum nomina uel sumunt omnino, uel suis adiungunt, ut de Scipione, et Fabio Aemylianis legimus. qua de re mecum sæpe Regij Ioannes Castrus iuuenis & ciuilis & Pontificij iuris peritissimus disserebat. Pier. rẽ istã breuiter herculè perstrinxisti. Cor. non soleo ego nodum in Scyrpo quærere. Pier. Laudo. Cor. Qui ciuitate donabantur, uel nomen prorsus mutabant suum, ut L. Tarquinius Priscus appellatus est ille, qui postea fuit quintus Romanorum Rex, quum Lucumo prius diceretur: uel illius ciuis, per quem ciuitatem erãt adepti, uel quo plurimum erant usi, nomen, suo non mutato, sequi solebant. hinc Cicero ad Acilium sic scribit.
„ C. Auianus Philoxenus est hospes meus, quem Cæ-

„ ſar meo beneficio in Nouocomenſes retulit: nomen autem Fam.219.
„ Auiani hic ſecutus eſt, quòd homine nullo plus eſt uſus, 182.
quàm Flacco Auiano. nec multò ante ad eũdem. L. Man Fam.218.
„ lius eſt Soſis: is fuit Catinenſis, ſed eſt unà cum reliquis 183.
„ Neapolitanis ciuis Romanus factus. item clarius paulò Fam.219.
poſt ad eundem. Demetrio Megæ Dolabellæ rogatu meo 184.
ciuitatem à Cæſare impetrauit: qua in re ego interfui. ita=
„ que nunc P. Cornelius uocatur. is enim, qui impetrauerat,
P. Cornelius Dolabella dicebatur. perſimile eſt illud Cæ
ſaris libro primo belli Gallici. commodiſſimum uiſum eſt
„ M. Valerium procillum C. Valerij Caburi filium, cuius
„ pater à C. Valerio Flacco ciuitate donatus erat, mittere.
Sed quid ego exempla perquiro, quæ plura ſunt, quàm ut
percenſeri nunc à me poſſint? quare ad religionem, ſi pla
cet, aggrediamur. Eg. nobis quidem non placet, qui ſe
mel nos Chriſto addiximus. Cor. ſcio quid dicas, ſed
pergo. uirgo, quæ ueſtalis erat futura, quum capiebatur,
amata à Pontifice Maximo appellabatur, quoniam quæ
prima eſt capta, hoc fuiſſe nomine traditum eſt. hinc forte
profecta eſt illa conſuetudo, qua ſummi Pontifices noſtri
utuntur, ut, quum renunciati ſunt Pontifices, nomen mu=
tent: licet dicant id primo inſtitutum à Sergio, ne os
ſuillum, quod nomen ante fuerat ſecutus, amplius uſur=
paret. manauit poſtea latius hæc conſuetudo uſque
adeò, ut qui Diui alicuius ſacris initiantur, ne Chri=
ſtianos quidem ſe eſſe credant, niſi id nomen, quod ſer=
uatori Chriſto die luſtrico in fontis ſacri aquis conſecra
runt, mutent; tanta eſt hominum religio, ne dicam, ſu=
perſtitio. uidentur etiam meretrices nomina mutaſſe, quũ

ſuam artem profiterentur: quod aperte Plautus in Pœnu lo oſtendit, ſic ſcribens.

Sc. 15. " Tua pietas nobis planè auxilio fuit,
185. " Quum huc aduenîſti, atq; hodie in ipſo tempore.
" Nanque hodie earum mutarentur nomina,
" Facerentq; indignum genere quæſtum corpore.

Quem morem reſpexiſſe etiam Iuuenalis ibi uidetur.

Sat. 6. Tunc nuda papillis
186. " Conſtitit auratis titulum mentita Lyciſcæ.
"

etſi ſcio hæc aliter & poſſe, & ſolere à doctis interpretari. addam & illud ultimo loco, conſueuiſſe etiam candidatos aliquod honeſtum cognomen uſurpare, ut ex ea re gratiam ſibi apud populum compararent: hinc dixit Cicero ad C. Trebonium ſcribens. forte candidatorum li-

Fam. 255.
187. " centia hic quoque uſus hoc ſubito cognomen arripuit. Et quoniam paulò ante de meretricibus ſumus locuti, antequàm me flumine uiuo abluam, ſciendum eſt locum, ubi proſtabant, uel certe quidem ubi proſtituebantur puellæ, pergulam à ueteribus appellari: unde in Pſeudolo apud Plautum ſic loquitur Leno.

Sc. 2. "= Si mihi non iam huc culleus oliui deportabitur,
188. " Te ego ipſam culleo cras faciam, deportere in pergulam.

& paulò poſt.

" Niſi hodie ex fundis mihi tuorũ amicorũ omnis huc penus
" Affertur, cras Phœniceum phœnicio corio inuiſes pergulã.

id metuens Callidorus amator ita Pſeudolum conſulit.

Sc. 3. " Quid mihi autor es huic ut mittam,
" Ne amicam hic meam proſtituat?

Pier. quid nunc ſiles, aut potius cogitas? Cor. an his unum addam, quod me pudet dicere. Pier. dum pu-

deat facere, dicere quiduis licet. Cor. bene mones: sed mihi tamē est præfandus honos. sum enim rem dicturus, quæ sit omnium obscœnissima; in qua tamen antiqui sæpe peccabant, si modo uera sunt, quæ Martialis, Catullus, & Priapei carminis autores scribunt; à quibus fellationis, irrumationisq; sæpe fit mentio: de hac igitur (utar enim illorum uerbo) fellatione arbitror Ciceronem loqui, cum in Philippica undecima ita scribit. Ponite ante oculos patres conscripti
" furentis introitum Dolabellæ, uocem impuram, at- 3. Vol.or. 232.
" que os illud infame. Pier. uereamde sanè Cicero os 189.
uocat infame, ne uerbo obscœniore patres offendat. Cor. ita uereaunde, ut uix intelligi possit, nisi ipsemet paulò post his uerbis quasi exponat. Dola-
" bellæ à puero pro delitijs crudelitas fuit: deinde ea
" libidinum turpitudo, ut in hoc sit semper lætatus,
" quòd ea faceret, quæ sibi obijci ne ab inimico quidem possent uereaundo. hanc nefandissimam libidinem significat quoque Valerius Maximus libro tertio de his, qui à parentibus claris degenerauerunt, cum Lib. 3. c. 5.
" inquit. Hortensius Corbio omnibus scortis abiectio- 190.
" rem, & obscœniorem uitam exegit: ad ultimumq;
" lingua eius tam libidini cunctorum inter lupanaria
" prostitit, quàm aui pro salute ciuium in foro excubuerat.
" & linguam, non os dixit, ut rem melius ad Hortensium oratorem accommodaret. nunc eo recta in balnea. Pier. nempe ut laues? Cor. id ipsum. Pier. at dixeras te aquā è uiuo flumine sumpturum. Cor. mutaui sententiam. Pier. caue tamen ne incidas in Scyllam, cupiens uitare Charybdin. nam meretrices in balneis solent frequenter

uersari. Cor. ob id fortasse Cicero in oratione pro M. Cæ
3. Vol. or. 50.. „ lio dixit. Mulier potens quadrantaria illa permutatione fa
191. „ miliaris facta erat balneatori. quo in loco rem mihi uidetur significare tunc ferè omnibus, nunc paucis notam: unam ex sororibus Clodij quadrantem appellatã, quòd quidam ex his, qui illam amabant, quadrantem in eius loculum immisit, quum illa crederet argenteos nummos accepisse ea res quum eo tempore esset uulgata, dixit Cicero Clodiam eadem permutatione in familiaritatem balneatoris uenisse, nisi ad Cœlianum enigma, de quo scribit Quintilianus, malumus referre. quid si non sit simplex iocus sed res duas respiciat et Clodiam ipsam quadrantem, ut diximus, appellatam; & morem, quo balneatori quadrantem soluebant? unde dixit Horatius.

„ Quadrante lauatum

„ Rex ibis.

& Iuuenalis.

„ Cædere Syluano porcum, quadrante lauari.

mos est enim Ciceronis, ut sæpe ludat in ambiguo, sicut in epistolis ad Atticum libro quarto decimo in illis uer-
Att. 233.. „ bis. ò hominem impudentem, Cal. Ianu. debuit, adhuc
192. „ non soluit, præsertim quum se maximo ære alieno Fa
„ berij manu liberarit, & opem ab eo petierit. licet enim iocari, ne me ualde conturbatum putes. iocari se testatur Cicero, nec tamen iocus apparet. Credo ego opem esse ioci materiam, quæ Dea est, & auxilium, quod à Faberio fortasse Dolabella petierat sed ab eo quum discessisset, ad Deæ ædem confugerat, ubi pecuniæ seruabantur, quæ à M. Antonio, & Dolabella uidentur direptæ fuisse; siquidem ad eundem Atti-

cum superius Cicero ita scripserat. Rapinas scribis
» ad opis fieri, quas nos quoque tum uidebamus. in philip- Att. 230.
pias quoque sic loquitur. utinam pecunia ad ædem o= 3. Vol. or. 156.
» pis maneret. Item, ubi est septies millies sestertium; 3. Vol. or.
» quod in tabulis, quæ sunt ad opis, patebat? Pier. næ 178.
hic iocus mediusfidius tuæ opis indigebat. Cor. de isto
satis. quod ad superiorem quoque attinet, crediderim
Ciceronem, ut erat ingenio ad iocos nato, in eadem ora
tione ob id, quod supra de quadrante retulimus, ita dixis=
se, hoc profectò nunquàm hominum sermo, atq; opinio 3. Vol. or. 52.
» comprobasset, nisi omnia, quæ cum turpitudine aliqua
» dicerentur, in istam quadrare apte uiderentur: perinde 193.
ac si dicat, in quadrantem quadrare: ut ad nomen uer=
bum accommodet: quod & summus poëta facit, qui,
quòd Scylla à uerbo græco, quod est σκύλλω, latine
uexo, dicta uideatur, ita ludit.

» Quid loquar aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est, In Sileno.
» Candida succinctam latrantibus inguina monstris, 194.
» Dulichias uexasse rates?

Pier. non uidit hoc Gellius. Cor. non est de eo mirum, qui
de noctibus scripserit. præterea uim ille uerbi tantum
quæsiuit. Pier. qua in re sæpe grammatici errant. Cor. &
quidem tota, ut aiunt, uia. Pier. exempli causa unum
saltem dicas. Cor. uerba quædam illi frequentatiua uo
cant, quæ uim eorum, unde sunt ducta, frequentem,
& iteratam uolunt habere: atq; ad eam quasi regulam
omnia exigunt uerba, quæ eodem modo efferuntur:
quum tamen interdum uideas in his longe diuersam
potestatem inesse: cuiusmodi est capto, quod non tam
exponitur; frequenter, aut iterũ capio, quàm cupio capere

unde Horatius dixit.

Sat. 1. „ *Tantalus à labris sitiens fugientia captat*
„ *Flumina.*
Et *Ouidius.*
Paris Hel. „ *Nec proauo Stygia nostro captantur in unda*
„ *Poma, nec in medijs quæritur humor aquis.*
multi quoque orborum senum hæreditates captant, qui nec capiunt, nec cernunt. Sic non omnis, qui aduentat,
Fam. 20. *aduenit: in quem sensum illud ad Curionem est à Ci=*
195. „ *cerone dictum. Nondum erat auditum, te ad Italiam ad=uentare, & à Virgilio.*
Georg. 4. „ *Nec uerò à stabulis pluuia impendente recedunt*
196. „ *Longius, aut credunt cœlo aduentantibus euris.*
Nec uenditare est frequenter, aut iterum uendere, sed uendendi desiderio teneri, & uenale aliquid propo=nere. Cicero ad Atticum. Q. Frater Tusculanum uen=
Att. 10.
197. „ *ditat, ut, si possit, emat Pacilianam domum. & Pli=nius epistolarum libro primo. Tranquillus contuber=*
„ *nalis meus uult emere agellum, quem uenditare ami=cus tuus dicitur. simile est dormito. idem Cicero ad*
Att. 31. *eundem Atticum. cœnato mihi, etiam dormitanti*
198. *prid. cal. Maias epistola est illa reddita, in qua de agro campano scribis. dormitanti, idest, uolenti, uel incipienti dormire, & quasi somniculoso: cui simile est illud Plau=*
Sc. 5. *tinum in Amphitruone.*
199. „ *Dormitare aiebas: mensa ablata est: cubitum imus.*
Matt. Cap. 25. *Sic intelligenda quoque sunt illa Euangelij uerba. Dor=*
200. *mitauerunt omnes, & dormierunt. nescioquid etiam simi le habent illa Terentiana uerba.*
Sc. 1.
201. „ *Primum hæc pudicæ uitam, parcæ, ac duriter.*

„ Agebat, lana, ac tela uictum quæritans.
Quamuis Donatus ita exponat. quæritat, qui uix quotidie inquirendo uictum inuenit. Pier. hæc grammatica ad uiuum non resecant. non enim scribunt historias, ut non possint aliquando, quod modo dicebas, dormitare. Cor. ego uerò illis concedo, ut etiam dormiant, tantum abest, ut illos insecter. an credis me eum esse, qui nesciam homines eos esse; nec eos modo, sed historicos etiam; tamq; hos, quàm illos posse errare? Pier. historico, nisi scribat, quæ uiderit, datur hæc uenia, ut possit referre, quæ uel audiuerit, uel ab alijs scripta legerit. in quo quàm facile sit errare, nemo non uidet. Cor. ego equidem uideo id (ne alios dicam) Plutarcho non semel accidisse. Eg. uide Corade, ut de illo loquaris uiro, quem ego sæpe dubito grauiorem ne Philosophum, an diligentiorem historiam appellem. Cor. ego, qui in hac prouincia nunc quæsturam gero, quid in Ciceronis uita exegerim, ad uos tantum referam: uos, uelitis ne accipere, deliberabitis. Pier. æquum postulat. Eg. dicat. Cor. sic ille in Ciceronis uita. Eg. quid si non sit à Plutarcho scripta? Cor. id fuerit curæ Bochio meo, qui illam nuper edidit. Sic, inquam, ille scribit. post hæc paucis fermè diebus eius filia, quæ post excessum
„ Pisonis prioris uiri, Lentulo nupserat, ex partus angustia moritur. item Asconius in oratione in L. Pisonem. Ci- 201.
cero filiam post mortem Pisonis generi, P. Lentulo collocauit, apud quem illa ex partu decessit. P Lentulus Cornelius Dolabella (nisi fallor) is gener dicebatur, apud quem Tullia decessit. sed audite, quæso, quibus coniecturis adducar, ut credam tribus uiris, Tulliam nupsisse. In fine pri=

mæ epistolæ ad Atticum sic legitur. Tulliolam C.
Att.2. „ Pisoni L. F. frugi despondimus. id factum est, dum
consulatum Cicero peteret. cuum verò iam esset in
exilio sic ad Terentiam scripsit. Pisonem nostrum mi
Fam.234. „ rifico esse studio in nos, & officio, & ego perspi=
„ cio, & omnes prædicant. Dij faxint, ut tali genero
„ mihi præsenti tecum simul, & cum liberis nostris frui
liceat. in oratione quoque in L. Pisonem scribit, C.
Pisonem generum secum ad ipsum L. Pisonem con=
sulem tanquàm propinquum accessisse: ut satis iam
constare possit, Tulliam ante patris exilium C. Pi=
soni fuisse collocatam. post reditum tamen sic ad P.
Lentulum scripsit Cicero. quòd mihi de filia, &
Fam.8. „ Crassipede gratularis, agnosco humanitatem tuam, spe=
„ roq;, & opto nobis hanc coniunctionem uoluptati fo
Att.309. „ re. item ad Q. Fratrem eodem tempore. ad viij Id.
April sponsalia Crassipedi præbui; & paulò post in
Att. 312. alia epistola. Dederam ad te literas antea, quibus
„ erat scriptum, Tulliam nostram Crassipedi prid. No.
„ April. esse desponsatam. hæc facta sunt postquàm ab
exilio reuersus est, & antequàm in Ciliciam est pro=
fectus. illo uerò iam Ciliciam administrante, nulli du=
bium est, quin Dolabella Tulliam uxorem acceperit.
Pier. rem quasi ob oculos posuisti. Cor. nunc tem=
porum argumenta per consules colligerem, nisi scis=
rem, cum esse durissimo ore, qui gestum præsente
Roscio, agere conetur. Pier si loqui de temporibus, præ
sente magistro, non uis, aliud loquere. Cor. in ea=
202 „ dem uita idem sic scribit. Octauius ex Accia sorore
Cæsaris ortus est; rectius dixisset. ex Accia filia

ſororis Cæſaris; ut ſcripſit Suetonius. Eg. ille tamen re-
ćte in Bruto. Cor. uel igitur dicendum illum ſibi eſſe con-
trarium, uel eam uitam, quam modo dicebas, non eſſe
à Plutarcho ſcriptam. quod ut magis credam, illa
uerba me etiam mouent. Lucullus cum manere ue-
„ *luti demum uicturum cenſebat: alij ipſum abire; quòd* 203.
„ *mox, ſedata rabie Clodij, populus eius deſiderio eſſet*
„ *flagraturus: hæc eadem Cicero ipſe approbans di-*
ſceſſit. hæc quàm potius non probarit, ex his ad Te-
rentiam uerbis colligi poteſt. Quòd ſi noſtris conſilijs Fa. 234.
„ *uſi eſſemus, neque apud nos tantum ualuiſſet ſermo*
„ *aut ſtultorum amicorum, aut improborum, beatiſſimi*
„ *uiueremus. Pier. quoniam urbem non reliquiſſet. Cor.*
ita equidem ſentio; non repugno tamen, ſi quis aliter
ſentiat. Pier. tuum uidelicet illud tenes, nihil ut affir-
mes. Cor. nemo igitur me iure pertinacem uocabit.
Pier. nemo, niſi ſit planè impudens. Cor. non ſo-
leo ego litigioſus eſſe, ſi quis à me diſſentiat. ſi quid
dico, id eò potius facio, ut docear, quàm ut uelim
id magnopere defendere; etſi poſſim ſæpe id teſtibus
ueluti productis facere: quale illud eſt, quod in ea-
dem uita legitur, Ciceronem à Catone patrem pa- 204.
triæ appellatum. Pier. idem ſentit Appianus Alexan-
drinus. Cor. quaſi uerò ea in re præſertim magis
ſit credendum aut homini græco, aut ſophiſtæ Ægy-
ptio, quàm Ciceroni ipſi de ſe ſcribenti. Pier. ubi id
ſcribit Cicero? Cor. & in oratione pro P. Seſtio, 3. Vol. or. 25.
& in oratione in L. Piſonem his uerbis. Me Q. 3. Vol. or. 80.
„ *Catulus princeps huius ordinis, & autor publici con-*
„ *ſilij frequentiſſimo Senatu parentem patriæ no-*

minauit, nisi factum id sit Catone referente. Nam si à Catone fuisset appellatus, non tacuisset, quum præsertim laudes, quæ à Catone proficiscerentur, diuinas uocare soleret. Pier. posthac igitur, te autore, id Q. Catulo, non Catoni acceptum referemus. Cor. me autore, nihil feceris, si memineris, quod dictum est, me nihil affirmare, nihil, inquam, tanquàm prætor de tribunali pronuncio, neque de hoc, neque de illo, quod de eodem Cicerone scribit Gellius,
205. eũ primum causam pro P. Quintio egisse. Pier. an id falsum? Cor. falsum sit necne, tu ipse iudicabis: ego Ciceronis uerba ea de re ex Bruto recitabo. itaque prima publica
in Br. 194. „ causa pro Sexto Roscio dicta tantum commendationis habuit, ut non ulla esset, quæ non nostro digna patrocinio uideretur. Pier. hæc publica, illa erat priuata. Cor. parua declinatione, & quasi corpore hunc ictum effugisti: illo uel
1. Vo. or. 1 „ concides, uel abiecto sauto fugies. Quod mihi consueuit in cæteris causis esse adiumento, id quoque in hac causa deficit. quæ uerba sunt in ipsa oratione pro P. Quintio. Pier. nõ fugio equidem, sed herbam tamen porrigo: quòd uideã ex his uerbis alias causas ante à Cicerone dictas. Eg. hæc omnia Pieri cum Quæstoribus urbanis diligentius considerabimus, sine quibus temerarium est de his rebus quippiam decernere. Cor. id ego uos rogo. Eg. id, inquam, faciemus, quum erimus domi otiosi, & tabulas habebimus, ex quibus cognoscere poterimus, ut sint aliorum Quæstorum rationes in codicem relatæ, & ut tuæ sint referendæ: nunc sit tibi satis, eas in aduersaria nostra hic referri. tu perge. Cor. hæc sunt Ciceronis uerba
1. Vo. or. 88. „ in Verrina tertia. audimus aliquem tabulas nunquàm con-
206 „ fecisse; quæ est opinio hominum de Antonio falsa: nam

fecit

fecit diligentiſſime. quæ ſic interpretatur Aſconius. hic eſt M. Antonius diſſolutiſſimus arator largitatis oræ maritimæ, Cretæ mortuus. poterat melius ſic interpretari. hic eſt M. Antonius orator ille ſummus, qui in libris de oratore ita de ſe loquitur. Quaſi uerò non ea præ- De or.ii 7.
cipiā alijs, quæ mihi ipſi deſunt: ſed tamen ne tabulas quidem conficere exiſtimor; uerum ex re familiari mea iudicari poteſt. Pier. boni Quæſtoris eſt etiam interdum ſuperiorum errata corrigere. Cor. id ego tamen uel nunquàm, uel rarò facio; quòd malim penè cum illis errare, quàm me eum eſſe credere, qui poſſim quippiam, quòd illi non uiderint: intelligere. itaque ab Aſconio iam nunc ad officium meum reuertor: in quo illud primum ex Tuſculana quarta quæſtione exactum refertur. illis ſilentibus C. Amafinius exti- I. Vo.ph. 210.
tit dicens. & ibidem. poſt Amafinium autem multi 207.
eiuſdem æmuli rationis, multa quum ſcripſiſſent, Italiam totam occuparunt. in uetuſtioribus libris C. Amaſinius legitur; de quo C. Caſſius ad Ciceronem ſcribens, ſic meminit. ipſe Epicurus, à quo omnes Catij, & Fa.154.
Amaſinij mali uerborum interpretes proficiſcuntur, dicit. Pier. Ciceroni Philoſophum reddidiſti. Cor. Nunc alterum reddam: qui quidem tamen adhuc ſit in Ciceronis familia, ſed ita ignotus, ut uix ſciri poſſit, Philoſophus ſit, an medicus. ſic enim paſſim in quinta Tuſculana ſchola legitur. Aſclepiadem ferunt non ignobi- I. Vo.ph. 250.
lem, nec inexercitatum Philoſophum, quum quidam quæ- 208.
reret, quid ei cæcitas attuliſſet, reſpondiſſe, ut puero uno eſſet comitatior. Quum primum legi hunc locum, iam

tum cœpi meam cogitare, primum uerbum illud, inexer=
citum, Poëticum potius, quàm Ciceronianum esse: de
inde, ut Ciceronianum maxime esset, oratori magis,
quàm Philosopho esse accommodatum. quæsiui itaque
libros manu scriptos: unumq; reperi, in quo ita erat
scriptum. non ignobilem nutriam. quibus syllabis fa=
cile adducæbar, ut legerem, Eretriam: dubitabam ta=
men adhuc: sed dubitationem omnem sustulit liber
manu scriptus, in quo recte scriptum est, Eretri=
cum: quem quidem librum mihi huc uenienti osten=
dit Paulus Botus Regiensis uir & bene doctus, &
bonis moribus præditus; qui cum Ioanne Peregrino
Merlo Corrigiensi uiro in Philosophia & Medicina ex=
cellenti me nunc Venetiis expectat. itaque, ut ad
Asclepiadem redeam, sic nunc prorsus lego. Asclepia=
dem ferunt non ignobilem Eretricum Philosophum re=
" spondisse; ne omnia repetam uerba. nam, & si Ascle=
piades Phliasius erat, inter Philosophos tamen eos,
qui primo ἠλειακοὶ, deinde à Menedemo Eretrico Ere=
trici, & Eretriaci sunt appellati; numeratur. qua de
Vo.ph. re Diogenes in Phedone, & Menedemo scribit; &
Cicero secundo academicarum quæstionum libro memi=
nit. Pier. gloriari potes Corrade hic te id uidisse, atque exe
gisse, quòd superiores Quæstores ne suspicati quidē sint.
Vo.ph. Cor. Pecunias uerò interdum exegerunt illi, ubi ager non
8.. erat uectigalis. Pier. digni, à quibus ratio de pecuniis re=
209. petundis repetatur. sed unde, quæso, exegerunt? Cor. à
Lælio, libro Tusculanarum quæstionum quinto, quem
pro eo exigunt, eumq; esse credunt, qui fuit consul cum

L.Cornelio Scipione Asiatico; quũ is sit, qui sapiẽs cogno
mine est dictus, quiq; apud Ciceronem de amicitia dispu=
tat. Pier. ostende locum. Cor. in illis uerbis, quæ ex libro 1. Vo.ph.
” manu scripto ita sunt legenda. Similem ne putas C.Lælii 238.
” unum consulatum fuisse, & eum cum repulsa, cum L.Cin= 210.
” næ quatuor sine repulsa? Sic cum sapiens, & bonus
” uir, qualis ille fuit, suffragiis præteritur, non populus
” à bono consule potius, quàm ille à uano populo repulsam
fert? nisi enim ita legantur, nec Ciceronianam elegan=
tiam, nec uerborum constructionem agnosces. Pier. iam=
dudum cum Philosophis, & sapientibus uersaris. Cor.
cum uobiscum sim, non possum non cum Philosophis,
& sapientibus uersari. sed iam ad Geometram conten=
do. Pier. quis est? Cor. Archimedes, cuius sepulchrum
dum gloriatur se indagauisse Cicero, illa interponit in
Tusculanis uerba. Est enim ad portas Agragianas ma= 1. Vo.ph.
” gna frequentia sepulchrorum. aliaubi legimus portas 241.
Gargianas, alibi Sagragianas, & tandem etiam Egre= 211.
dinas. Acradinas, ego legerem, idq; ex Verrina sexta, 1. Vo.or.
ubi Cicero Syracusas describit, atque ex Liuii autorita= 228.
te, qui libro uigesimo quinto ita scribit. tenebant Acra=
dinæ portas, murosq; maxime transfugæ. mutatæ, in=
uersæq; sunt hic literæ, ut demptæ sunt paulò post in
eadem quæstione, ubi Sardanapalum Syriç Regem uo= 1. Vo ph.
cat, quum Rex fuerit Assyriæ, ut satis notum est ex 247.
historia. liber præterea manu scriptus Assyriæ probat 212.
lectionem. Pier. ad literas redis. Cor. imò ad interpretes, q
laudãdi sunt oẽs, q pro uirili parte studiosos iuuẽt: multò
magis tamẽ essent laudãdi: si paulò plus diligẽtiæ adhibe

rent, nec lectorem desererent, ubi maxime opus est au xilio. sic facit Marsus uir sanè bonus, &, ut ego arbitror, satis doctus, libro secundo de Diuinatione

Vo.ph. 34. » in illis uerbis. an Æsculapius, an Serapis potest nobis

213. » præscribere per somnium curationem ualetudinis? magis enim hic mutus est, quàm piscis: cum tamen res sit animaduersione digna, & quærenti ut non in promptu, ita non prorsus in obscuro esse possit. incubabant enim antiqui in Deorum templis, ut responsa per somnium acciperent, quæ uerissima esse iudicabant: unde summus poëta sic cecinit.

en.7. » =Huc dona sacerdos
» Cum tulit, & Cæsarum ouium, sub nocte silenti,
» Pellibus incubuit stratis, somnosq; petiuit,
» Multa modis simulachra uidet uolitantia miris:
» Et uarias audit uoces, fruiturq; Deorum
» Colloquio, atq; imis acheronta affatur auernis.

Vo.Ph. 50. Quin & Cicero ipse in primo libro item de Diuinatione ita scribit. atque etiam, qui præerant Lacedæmo- » nijs, non contenti uigilantibus curis, in Pasithea fano, » quod est in agro propter urbem, somniandi causa excuba- » bant, quia uera quietis oracula ducebant. at hæc nihil ad Aesculapiũ, imò sunt ob id dicta, ut intelligamus & antiquos ita fuisse solitos excubare, & excubandi diuersas fuisse causas. alij enim excubabant in Iouis templo, ut de rebus gerendis responsa acciperent; ut incubat ille Ioui. alij alios consulebant Deos. qui uerò aduersa laborabant ualetudine, equum sanè erat, ut in Aesculapii, qui Deus erat medicinæ, fano excubarent, ut ille Capadox Le

no apud Plautum, qui quum frustra expectasset, oraculum de ualetudine recuperanda, ita queritur.

» Migrare certu'st iam nunc è fano foras; Curg. Sc. 2.
» Quando Aesculapij ita sentio sententiam,
» Vt qui me nihili faciat, nec saluom uelit.
» Valetudo decrescit, accrescit dolor.

Item paulò suprà.

» Vbi sauium oppegit, fugit: Sc. 1.
» Id eò fit, quia hic Leno ægrotus incubat
» In Aesculapij fano.

De responsis uerò Serapis, ut mittam Plinium, Diodorū, Macrobium, Solinum, et Iuuenalem, ita latine strabo libro decimo septimo scribit. apud Canopum est Serapidis tem» plum et cultu, & religione excellens, ut etiam doctissimi » uiri credant & pro se, & pro alijs insomnia ibi captari. » sunt, qui curas conscribunt, quidam uerò uirtutes eorū, quæ » ibi respondentur, sed quoniam tam multa de Aesculapio diximus, uidetur etiam faciendum, ut admoneamus, uideri nobis, Aesculapium legendum in epistola libri tertij Syluarū Statii, nisi forte Asclepiadem legere malimus. Pier. 214. decebat mehercule interpretem, ubi excubarent antiqui, nō dormire, sed hæc omnia potius, quæ tu retulisti, quærere. Cor. si illum carpis, qui nihil propè receperit, quid illis facies, qui, ut omnia scire uideantur, omnia promittunt, nihil ferè præstant? Pier. intelligo, quos quasi nutu significas. sed illi ualeant: nos simus boni, nec quenquam lædamus. Cor. ego sequor. uos iam satis me, quum Venetiis tibi Egnati quinque annos Pythagorico quasi more operam dedissem, in patriam rediisse, ibiq; cum meis ciui-

bus septem annos fuisse: quo tẽpore neminem habui neq;
amiciorem, neque mei studiosiorem Alberto Pancirolo iu=
reconsulto peritissimo, & prudentissimo, &, quod nunc
rarum est, optimo uiro, qui mihi, meisq; multa sæpe cauit.
ab eo enim tanquàm ab oraculo sciscitabar, uel si quid con
trouersiæ mihi nascebatur; uel si quid in nostris studiis
dubitabam, de his præsertim rebus, quæ res ad leges, iudi=
Vol. or. ciaq; pertineant. in his illum etiam consului de illis Cicero=
215. " nis uerbis, quæ sunt in oratione pro P. Quintio. Qua in
" re ita diligens erat, quasi ii, qui magna fide societatẽ gere=
rent, arbitrium pro socio condemnari solerent. Pier. quid re
spondit? nam locum illum ab omnibus prætermissum ui=
deo. Cor. prudẽtissime, ut solet, ea omnia, quæ essent apud
iureconsultos de societate scripta, ut declararit cũno, quid
sit arbitrium pro socio, quæq; sint societatis iura, & actio
nes: sed quod ad locutionem latinam attinet, illud mihi
quærendum reliquit. Pier. illud responsum nobis explica.
Cor. ostendam potius, quum uidere uolueritis. nam me=
cum illius manu scriptum attuli. Pier. libenter uidebimus.
sed inuenisti ne tu tandem, quod tibi ille quærendum reli=
quit? Cor. mihi uideor inuenisse. Pier. dic, quæso. Cor. ea
erat iuris formula inscripta, arbitrium pro socio; de qua
idem Cicero ad hunc modum in oratione pro Roscio co=
Vol. or. " mœdo scribit. expressæ sunt ex unius cuiusq; damno, do=
" lore, incommodo, calamitate, iniuria, publicæ à prætore for
" mulæ, ad quas priuata lis accommodatur. Quæ quum
" ita sint, cur non arbitrium pro socio adegeris Q.
" Roscium, quæro, formulam non noras? notissima erat.
Pier. in his & formula ipsa, & ille loquendi mo=

dus est expressus. Cor. nostrates quoque iureconsulti ita loquuntur, quum respondent aliquem absoluendum, uel condemnandum lege, exempli causa, Ciceronem, id est ea lege, quæ sic incipiat. sic, quum Cicero dicat illum condemnari solere arbitrium pro socio, exponendum est, id est ea formula, quæ arbitrium pro socio dicitur. quam tamen formulam modo arbitrium pro socio, modo, pro socio, tantum solet nominare; ut in oratione pro L. Flacco. furti, & pro socio damna-
" tus est. Item libro tertio de natura Deorum. inde tot iudicia, de fide mala, Tutelæ, mandati, pro socio, fiduciæ. persimilis illa locutio est. 2. Vo.or 155. 2. Vo.ph. 75.
" Non ex iure manu consertum, sed mage ferro
" Rem repetunt, regnumque petunt, uadunt solida ui. Fa.101.
Prima enim illa uerba, ex iure manu consertum, perinde sunt, ac si in Romano casu essent posita: illa uerò sunt in quarto casu libro secundo
" de legibus. à paruis Quinte didicimus, si in ius
" uocatur, atque eiusmodi leges alias nominare. 2. Vo.ph. 171.
" Pier. nihil mihi iam hoc loco planius uidetur. Cor. agedum igitur illum quoque in epistolis Cælii ad
" Ciceronem explanare conemur. Nolo te putare Fa- Fa.119.
" uonium à columnariis perterritum esse: optimus 216.
quisque eos nihili fecit. quidam legunt, Colonariis, hoc est, humilibus, ac rusticis, à Colonia. id uerum sit necne, ipsi uiderint. nos, etsi uix speramus assequi, quod cupimus, dicemus tamen, quid excogitarimus. Colūna erat Romæ, quæ Menia dicebatur à Menio quodam; qui, quum ædes uenderet, colūnam quan-

dam receperat, unde munus gladiatoriũ spectaret. ab ea columnæ omnes, & loca huiusmodi ad spectandum accommodata, à Romanis Meniana sunt appellata, & quoniam in his locis scelesti puniri solent, ut à populo uideantur, & ut alios suo exemplo terreant, inde factum arbitror, ut columna illa triumuirorum capitalium diceretur; essentq; semper apud ipsam columnam patroni, sed maioribus causis indigni, qui uel defenderent, uel accusarent reos. ij patroni columnarij, nisi fallor, à Cælio dicuntur: quos Cicero etiam significat, quum in Diuinatione

Vo. or. ,, in Verrem ita loquitur. uobis ne tanta est inopia reorum,

.. ,, ut mihi causam præripere conemini potius, quàm aliquos

,, à columna Menia uestri ordinis reos reperiatis? ab ijs igitur forte accusatus fuerat Fauonius, uel, ut in alijs libris legitur, Fauolus; sed optimus quisque eos nihili fecerat, quam tamen historiam adhuc nusquàm legimus: illud apud Plutarchum in Catone uidimus, Fauonium ædilem fuisse, & cum alijs sedisse, dum Cato pro ipso spectacula ederet: ut forte ea in re derisus fuerit in spectaculo ab ijs, qui apud columnas Theatri, quæ magnificentissimæ, autore Plinio, erigi solebant, spectarent. sed id cur affirmem, nihil habeo. eandem columnam, opinor, intelligit Cicero in oratione pro P.

Vo. or. ,, Sestio sic scribens. Gabinius ad columnam adhæresceret,

217. ,, ni in tribunatus portum confugeret. hanc columnam mei Regienses, ut puto, lapidem nunc uocant, ad quem adhærescunt, qui non sunt soluendo, ut eo tempore erat Gabinius, nisi tribunatus ei opem tulisset: unde paulò post dicit. exanimatus euolat è Senatu, non minus per=

" turbato animo, atque uultu, quàm si annis ante paucis 3. Vo.or.
" in creditorum conuentum incidisset. similis est item illa 8.
columna, de qua in oratione pro A. Cluentio loquitur.
" Q. Manilius ex petulanti, atque improbo scurra in di- 2. Vo.or.
" scordiis ciuitatis ad eam columnam, ad quam multorum 26. 218.
" sæpe conuitiis perductus erat, tum suffragiis populi per-
uenerat. has columnas etiam existimo nunc uulgo ren-
gas, & berlinas appellari. sed quoniam tam longam
de columnis mentionem fecimus, & illud ex philippica
" prima dicamus. Talis fuit euersio illius execratæ colum- 3. Vo.or.
" næ, ut mirum mihi uideatur tam ualde reliquum tempus 153.
" ab illo uno die dissensisse. item ad Atticum. magnam 219. Att.230.
" ἀνκαθεώρησιν res habet: de saxo in crucem: columnam
" tollere; locum illum sternendum locare. notissima est hi-
storia M. Antonium in statua, quam posuit in rostris, in- Fa.184.
scripsisse. PARENTI P. OPT. MER. Sed quare
Cæsari colũna præsertim erigeretur, id paulò ignotius. qui
dã igitur è nummis antiquis credunt colũnam Cæsaris in
signe fuisse, quod & Lactantius Firmianus libro pri-
mo legisse uidetur. unde ego Horatianum illud de co- Ode 35.
lumna stante libro carminum primo sic interpretari soleo, 220.
ut columnam illam Cæsaris intelligat, quam iure hære
ditario Augustus habuisset. Pier. Romanus Populus
nunc quoque Pyramides quasdam Iulias uocat. Cor. non
mirum dicis de eo populo, qui olim etiam credidit illum
ipsum Cæsarem in cœlum receptum, & admissum in eo-
rum cœtum, qui laxati corpore illum incolunt locum,
quem apud Ciceronem Scipio ille uidebat. est autem is
splendidissimo candore inter flammas circulus elucens, 3. Vo.ph. 128.

quem nos (ut à Græcis accepimus) orbem lacteum nuncupamus. γαλαξίαν Græci uocant. Pier. id etiam Macrobius scribit. Cor. hoc non scribit, eum intelligi, significariq; apud Statium libro Thebaidos primo his uersibus.

Lib. I. ,,= Licet arctior omnes
,, Limes agat stellas, & te plaga lucida cœli
,, Pleiadum, boreæq;, & hiulca fulminis expers.
,, Sollicitet.

Quamuis Luctatius interpres aliter sentiat. item apud Lucanum.

Lib. I. ,,= Pars ætheris illa sereni.
Tota uacet, nullæq; obstent à Cæsare nubes.

Ingeniosius uerò poëta illum ita describit.

Li. I. Met. Est uia sublimis Cœlo manifesta sereno,
,, Lactea nomen habet, candore notabilis ipso.

Quæ utinam uia tũ nobis pateat, quum ex hoĩum uita erit migrandum. uos interea etiam atq; ẽt rogo, ut, quemadmodum à maioribus accepimus Quæsturæ coniunctionem liberorum necessitudini proximam fuisse, sic Quæstorem uestrum filii loco habeatis. Eg. nos uerò, ut pro Pierio etiam respondeam, id libenter faciemus. tu autẽ curato, ne id rationis, quòd tua lege differs, prorsus auferas. nihil enim prius de ea parte, quę relata est, statuemus, quàm tu rationem totam retuleris. Cor. æquum petitis. quare dabo operam, ut reliquum quod sit, primo quoque tempore referam. hæc quum dixissem finem feci. postero die mane Venetias redii, ubi me Iulius Gabrielus iuuenis patricius, & Syluester Mauroxenus, Senator optimus hospitio acceperunt.

FINIS.

SEBASTIANI CORRADI IN M.T. Cicerone Quæstura relata Ioanne Baptista Egnatio, & Ioanne Pierio Valeriano consulibus: V. Id. April. Anno Christiano M. D. XXXVI.

DESCRIPTA VERO VENETIIS in officina Ioannis Antonij Sabiensis, autore Melchiore Sessa Prid. Cal. April. M. D. XXXVII.


Dissimilium infida societas.

